UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

urn:nbn:de:hbz:466:1-62387

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. III. xo.

Th. 4786.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SCHOLIA
*IN*
# PRIMARIAS
## PRECES IMPERATORIS.

*AD*

*INVICTISSIMVM AVGVSTISSIMVMQVE ROMANORVM IMPERATOREM*

**FERDINANDVM II.**

*Nec non*

*SERENISSIMOS ILLVSTRISSIMOSQVE PRINCIPES,*

**IOANNEM SWICHARDVM**

A CRONENBURCH, MOGUNTINENSEM,

**LOTHARIVM A METTERNICH,**

TREVIRENSEM,

**FERDINANANDVM BAVARIÆ**

DUCEM &c. COLONIENSEM;

*S. R. IMPERII ELECTORES ECCLESIASTICOS.*

AVCTORE

JOHANNE à CHOKIER, CATHETRALIS ECCLESIÆ LEODIENSIS CANONICO.

*EDITIO SECUNDA.*

*COLONIÆ AGRIPPINÆ,*

Apud JOANNEM WILHELMUM FRIESSEM. ANNO 1674.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRIVILEGIA
REGVLARIVM
ET
COMMENTARII
IN REGVLAS
CANCELLARIÆ
APOSTOLICÆ

G III
8

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INVICTISSIMO, AVGVSTISSIMOQVE ROMANORVM IMPERATORI

# FERDINANDO II.

Nec non

SERENISSIMIS ILLVSTRISSIMISQVE PRINCIPIBVS

## IOANNI SWICHARDI A CRONENBURCH, MOGUNTINENSI,

## LOTHARIO A METTERNICH TREVIRENSI,

## FERDINANANDO BAVARIÆ DUCI &c. COLONIENSI,

S. R. IMPERII ELECTORIBVS ECCLESIASTICIS,

Dominis ſuis Clementiſs.

JO. A CHOKIER,
*dedicat conſecratq́ꝫ.*

MAjeſtati & Celſitudini nominis Veſtri, ut ſpero, minus ingratum erit, ſi in Primarias Preces primam hanc & à nemine tentatam lucubrationem, inter bellicos tumultus armorumque fremitus, quibus, proh dolor, Germania nunc cõncutitur, ſub Auſpicio Veſtro in hanc triſtem temporum lucem emitto. Secutus enim ſum Athenodori illius Philoſophi ſententiam, qui dubio in rerum ſtatu, bonum civem ſecedere quidem permittebat, ſed non ut deſidem vitam, niſi pro Imperio, pro publicare quandantenus certantem traduceret: nunquam enim inutilis eſt opera civis boni.

Vt igitur me unum de plurimis in hac Leodiorum Germaniæ aliquid pro mea virili atque conditione publicè molientem vidi, cupido eccè inceſsit INVICTISSIME CÆSAR, PRINCIPESQVE SERENISSIMI, ea ſub cacumen calami committere, quibus has inter belli calamitates litium bella, quæ circa Primarias Preces enaſci poſſent, ſi non penitus tollerentur, certè, quoad per me licitum eſſet, minuerentur. Quod propoſitum, eo tenacius inhæſit mihi, quo ſcirem non minoris eſſe laudis, ſtudio civilis ſapientiæ res urbanas componere, quam res militares viribus tractare, quippè magis ſecundum naturam hominum exiſtunt, quæ ad conſervandam atque amplificandam inter homines vitæ ſocietatem, quàm quæ ad arcendam, minuendam, atque tollendam vim maiorem pertinent: pluſque de Repub. mereri videtur, malo qui advenienti occurrit, quam qui iam admiſſum oppugnat, propulſat, profligat. Plura non addo, bene conſcius tenuitatis meæ, Magnitudinis Veſtræ; quarum illa facit, ut huic chartaceæ conſecrationi finem faciam, iſta ut demiſsè rogem MAIESTATEM, CELSITVDINESQVE VESTRAS, novam ut hanc ſcriptionem æqui bonique conſulant, & accipiant ceù obſervantiæ in illas meæ æviternum ſyncerumque monumentum.

Valete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valete, vincite, regnate: ita quotquot Orthodoxi in Imperio ſumus, ex animo vovemus: quouſque enim ſtabit Imperium, tamdiu ſæculum ſtabit: ubi illud concidet, & iſtud ruet, non meum, ſed Tertulliani, Optati Milevit, aliorum eſt judicium, ergo iterum valete, vincite, regnate,

Leodio 3. Non. Ianuarij M. DC. XXI.

# INDEX QVÆSTIONVM.

I. PRæſcriptio an currat contra Cæſarem ſuis nominationibus non utentem; pag. 21.
II. Cæſar qui unum nominat an variare poßit; 21.
III. Secundus Preciſta qui habet litteras expeditas, an præferatur primo litteras non habenti? 22.
IV. Si duo Preciſtæ ſint de eadem temporis data, uter præferendus? 23
V. Preciſtæ collatio an conſervetur litteris amißis; 24.
VI. Cæſar an alium nominare poßit, ſi Preces primo conceſſæ, effectum non ſint ſortitæ; 24.
VII. Beneficio effecto litigioſo, & poſtea per obitum Papæ vacante an Cæſar alteri Preces conferre poßit; 25.
VIII. Cæſar an poßit iterum conferre, ſi Preciſta gratiam non acceptet; 26.
IX. Cæſar Preces concedendo, an beneficij naturam mutare poßit; 26.
X. Nominatio Cæſaris an poßit eſſe conditionalis; 27.
XI. Preciſta virum opus habeat nova collatione ſeu inſtitutione; 27.
XII. Imperator ante confirmationem à Papa an poßit primarias Preces conferre; 28.
XIII. Imperatoris Preces an quandoq; evaneſcant; 29.
XIV. Preces an quandoq; capiant beneficia vacantia ob crimen; 29.
XV. Preciſta committens crimen privatione dignum ex quo factus ſit irregularis, an poſtea alias Preces à Cæſare impetrare poßit; 30.
XVI. An Preciſtæ contrahenti matrimonium vel ſponſalia de præſenti poßit Cæſar alterum ei ſurrogare. 30.
XVII. Preces Cæſareæ an ſint juris favorabilis, an juris odioſi; 30.
XVIII. An Cæſar poßit revocare Preces ſemel conceſſas; 32.
XIX. Preces an afficiant beneficia in Germania, quorum collator non eſt incola Germaniæ; 32.
XX. Quæ beneficia ſint Precibus obnoxia; 35.
XXI. Beneficia electiva an cadant ſub Precibus; 40.
XXII. Beneficia juris patronatus mixti, an ſub Precibus comprehendantur; 43.
XXIII. Preces an afficiant beneficia nedum ad collationem Capituli ſed etiam ad collationem ſingulorum de Capitulo; 44.
XXIV. Cæci, ſurdi, muti, an capaces Precum; 45.
XXV. Collatores in uno tantum beneficio gravantur. 45.
XXVI. Preciſtæ acceptatio ſi fuerit invalida an poßit variare; 46.
XXVII. Collatores an ſint vocandi quando Preces conceduntur; 46.
XXVIII. Collator ut gravari Precibus poßit quatuor beneficiorum collationem habere debet: & quid ſi unum ab inſinuatione Precum fuerit unitum; 46.
Et quid ſi unum ex iſtis ſpectet ad collationem etiam coniunctim; ibid.
XXIX. Collator ſi unius tantum beneficij in Imperio collationem habeat & plurium extra Imperium, an Precibus gravari poßit; 47.

XXX. An

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXX. *An Exetutores poſt obitum Papæ vel Cæſaris poßint gratiam Precum exequi*; 52.
XXXI. *Preces an morte Cæſaris expirent*; 54.
XXXII. *Preces Primariæ an habeant locum in menſibus Ordinarÿs*; 57. & 59.
XXXIII. *Preces an habeant locum in quacumq; vacatione, ſeu in beneficÿs quovis modo vacantibus*; 65.
XXXIV. *Preciſta à quo tempore acceptare debeat?* 66.
XXXV. *Vtrum Preciſta poßit acceptare beneficium poſt menſem ſi res adhuc ſit integra?* 67.
XXXVI. *Preciſta poſt acceptationem an variare poßit*; 69.
XXXVII. *Facta collatione alteri quam Preciſtæ, an poſtea collator Preciſtæ conferre poßit?* 72.
XXXVIII. *Menſis datus ad acceptandum, an currat contra minorem, vel impeditum*; 72.
XXXIX. *Beneficia vacantia aliter quàm per Extravagantem, ad regimen, an ſint Preciſtis affecta?* 73.
xl. *Illegitimi an ſint capaces Precum*; 76.
xli. *Preces an capiant beneficia litigioſa*; 77.
xlii. *Quid ſi collator nolit conferre & aßignare, quid iuris*; 78.
xliii. *An Decanus & Capitulum poßit impedire poſſeßionem Preciſtæ, ſi conſtet de iniuſtitia & defectu ipſius tituli*; 78.
xliv. *Cumulari an poßit titulus Precum cum titulo Ordinarÿ*; 82.
xlv. *Executor Precum an conferre poßit beneficium ex cauſſa reſignationis ad manus ſuas renunciatum*; 83.
xlvi. *Executor an poßit procedere contra exemptos*; 83.
xlvii. *An per clauſulam Nonobſtan. Precibus inſertam, derogatum cenſeatur ÿs regulis Cancell. quæ ſunt ubiq; in celebri obſervantia?* 87.
xlviii. *An Reg. Cancell. xl. Revocatoria Expectativarum ceſſet in Primarÿs precibus?* 87.
xlix. *Pontifex an poßit derogare Concordatis Nationis Germanicæ*; 98.
L. *An clauſula Decreti irritantis habeat locum ſi Preciſta nolit acceptare, & Ordinarius conferat alteri*; 107
LI. *Preciſta ſi renunciet Precibus an Ordinarius novis Precibus gravari poßit* 107

FINIS.

# *APPROBATIO.*

S*cholia hæc in* Primarias Preces Imperatoris , *&c. à R.do admodum & Clariſsimo viro* D. Ioanne à Chokier *I. V. D. Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Canonico, magno labore & induſtria perfecta, nihil continent fidei Catholicæ , vel bonis moribus contrarium.* *Scriptum* 16. *Decemb.* 1620.

HENR. FRANCKEN SIERSTORPſius S. Th. D. Gymnaſ. Laurentiani Regens, Librorum Cenſor.



C III 8

# JOANNIS A SCHOKIER ECCLESIÆ CATHEDRALIS LEODIENSIS CANONICI

## IN INDVLTVM PRIMARIVM PRECVM *SCHOLIA.*

## Proëmium.

PRIMARIARUM precum, ſive Nominationum materiam potentiſſimo, atque Invictiſſimo Cæſari *Ferdinando* II. per S. D. N. *Paulum* Papam V. conceſſarum, ſi non frequentem, at à nemine huc uſque tractatam, nemo eſt in Eccleſiaſtico Dicaſterio paullò exercitatus, aut in negotiis Principum Germaniæ verſatus, qui ſit neſcius. Hinc cupido mihi inceſſit, brevi illam ſcripto examinare, ac diſcutere: quod poſtea, Deo juvante, perfectius, limatiuſque reddam, ubi exintegrò in lucem prodibit, ut ſolent limatiora, auctioraque recudi, quæ retractantur, & identidem incudi redduntur.

*Auctor tentat materiam à nemine adhuc tractatam.*

Intereà, quæ uno penè calamo, bono, ut opinor, publico ſcripta à me ſunt, ceù abortivum fœtum benignis lector oculis aſpiciet; ſin ſint qui faſtidiant, non abnuo quin conjiciant quò ſolent cervi cornua. Imprimis itaque rem ipſam ut aggrediar (nolo enim multa præfari) Notandum eſt Inclytum Rom. Imperatorem ex indulto Pontificio non conferre beneficia Germanię, *ut latè oſtendit Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore quæſt.* 100. *Io. And. in addit. ad Specul. tit de præbend.* §. *reſtat. num.* 7. *Boërius deciſ* 32. *n* 8. *Ant. Corſet. tract de regia poteſt. quæſt.* 2. *n.* 9. *Mandoſ. ad Reg.* 11. *Cancell. quæſt.* 13. *nu.* 8. *Azorius lib.* 10. *Inſtit. moral. cap.* 7. *verſ. Quinto quæritur.* ſed habere dumtaxat jus nominandi perſonas idoneas collatoribus ad beneficia vacatura, quas ipſe facit per ſuos Executores recipi, ex conceſſione Precum Primariarum ipſi facta per S. Põtificem: vacatura inquam beneficis, quæ omni caſu, ut nunc ſubſunt Imperio. Unde hujuſmodi preces primariæ locum non habent in Italia, nec in Ducatu Mediolanenſ. *Rota in una Novarien. Canonicatus, & præbendæ S. Gaudentij co-*

*Imperator non confert, ſed nominat.*

*Imperator habet Preces in Eccleſiis nũc ſub Imperio exiſtent.*

*ram* R. P. D. *Aragonia* 1555. *Octob.* 25. quæ deciſio reperitur inter deciſiones Creſcentij *deciſ.* 3. *de præbend.* licet locum habere debeant in civitate Cameracenſi & Metenſi, alijſq; quæ olim fuerunt de Imperio, nuncq; ſunt translatæ in alterius Dominium. Quia translationis poteſtas tanta non eſt, ut rei, ſeu translati loci privilegia adimat, ſed rem & locum in eadem conditione relinquit *l.* 2. § 1. *de Privileg. cred. l. tempus in fi. de re Iud. Feli. cap. quia iudicante. ſub fi. de Præſcriptio. VVameſ. conſ.* 63. *nu.* 2. *de Iudic.* ſicut & translatio bonorum intelligitur fieri cum ſuis oneribus, *l.* 1. §. *pro ſecundo C de caduc. toll. VVameſ. d. loco, & conſ.* 64. *nu.* 3. ubi etiam latè reſpondit Eccleſiam Tenenſem, & alias quæ pridem fuerunt Diocœſis Leodienſ. retinere Canonicas exemptiones, quas cum Diocœſano Leodienſi ſubjicerentur, habebant, licet nunc translatæ ſint in aliam diocœſim. Facit quòd ſcribit Lud. de Roſate *in l. de ff. de Iuriſd. omnium Iud.* quòd Rex transferens ſuum territorium, nunquam videtur ceſſiſſe jus Regium &c. Neque tamen hæc Primariarum Precum conceſsio ſacris canonibus adverſatur, quibus expectativæ ad beneficia vacatura, aliæque proviſiones per quas votum captandæ alienę mortis inducitur, in Eccleſia damnantur, *cap.* 2. *de conceſſ. præbend. gloſſ. ibidem in verbo, antequam vacent, cap. conſtitutus, eod tit. cap. deteſtand.* 1, *eod tit. in* 6. quoniam hæc primariarum Precum conceſſio, generalis eſt, & incerta, ut rectè animadvertit And. Gail. *l.* 2. *obſer. Cam. obſer.* 155. *nu* 7. Multo minus adverſatur S. Concilij Trid. decreto *in ſeſsione* 24. *cap.* 19 quod tollit quaſcunque conceſsiones ad vacatura, ut reſolvit S. Congregatio III Cardinalium Concilij, Trident. interpretum, ad dubium ipſis communicatum, quod eſt tale: *Ill.mi & R mi D.ni. Philippus de Monte impetravit à ſacra Cæſarea Maieſtate Preces Primarias ad Rmum Archiepiſcopum Cameracenſem, quæ dantur pro beneficijs vacaturis, cum talis ſit vis earum Precum.*

*Quibus legitimè intimatis Rmo. Archiepiſcopo vacavit Eccleſiæ B. Mariæ Virginis Cameracen. theſauraria, de qua licet, vigore dictarum Precum providendus fuiſſet prædictus Philippus, qui infra tempus debitum eam acceptavit, nihilominus Archiepiſcopus Cameracen. contulit cuidam Guberto Leonino, ſub prætextu, quod decretum Concilij* cap. 19 ſeſſ. 24. *tollit quaſcunque conceſsiones ad vacatura, & quia in dicto cap. nulla habetur mentio de Imperatoribus, ſupplicavit declarari per Sacram Congregationem Concilij an d. cap.* 19. *afficiat huiuſmodi conceſsiones, & indulta ad vacatura, ſic anteà conceſſa per Romanos Pontifices Sacræ Cæſareæ Maieſtati, & demum per Pium IV. confirmatæ? Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. Interpretum cenſuit has Primarias Preces non comprehendi dicto cap.* 19. *quia non nominatur Imperator, qui eſt ſpeciali nota dignus, nominantur Cardinales ſimpliciter, qui ſunt & ipſi ſpeciali nota digni Vnde ſi Concilium voluiſſet comprehendere Imperatorem, expreſſiſſet, vel ſaltem poſt Cardinales dixiſſet & quibuſcumque alijs, quo caſu dictio, alijs, intelligeretur de ijs, qui & ipſi ſpeciali nota digni fuiſſent. Præterea exprimitur de expecta-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſpectativis conceßis univerſitatibus, ſenatibus, & aliјs ſingularibus perſonis, ergo Concilium expreßiſſet etiam Imperatorem, ſi voluiſſet; Referendum tamen S.^mo qui probavit ſententiam Sacræ Congregrationis, & jußit fieri declaratoriam per litteras eiuſdem Sacræ Congregationis, & ultra rationes ponderatas à Congregatione addidit Sanctitas ſua quod meminit tempore Concilij, quando formabatur dictum cap. 19. aliquos voluiſſe addere Primarias Preces Imperatori conceſſas, ſed communior ſententia Patrum fuit, quòd tolleretur earum mentio, ſicque non comprehenduntur dicto cap. 19.*

Ex quibus videt lector Primarias Preces non adverſari Concilio Trid. nec etiam ſacris Canonibus, ut dixi, quod & firmatur evidendi hac ratione; quod Papa pro ſua poteſtate poteſt dare facultatem Laico etiam conferendi beneficia. *Decius, & DD. in cap. 2. de Iudicijs*, quæ enim ſunt Juriſdictionis, ut eſt collatio beneficiorum, cuicunque mandare poteſt, non etiam ea quæ ſunt ordinis, *Reſtaurus d. quæſt.* 100. *nu.* 17 *&* 18 ſic videmus Pontificum beneficio Reges Neapolitanos nominandi Epiſcopos facultatem habuiſſe in 40. primarijs Eccleſiis, quas Cathedrales appellamus, *Lambertinus tract. de iure patron. quæſt.* 11 *lib.* 1. Eadem Romani Antiſtitis indulgentia Regi Angliæ, & Ungariæ jus, & poteſtatem fuiſſe conferendi canonicatus, & præbendas, Baldus author eſt *in l. 7. C. de Precibus Imper. offerren* Eodem jure Reges Galliæ uſos fuiſſe, & etiam nunc quadantenus uti, cum veteres tum recentiores authores memoriæ prodiderunt. *Anaſt. Germ. lib. 3. de ſacrorum immunitatibus nu. 30. & ſeq. Guimer. ad Pragm. ſanctio.* Simili facultate Carolum Francorum Regem ex conceſsione Adriani Papæ uſum eſſe colligimus; *ex cap. Hadrianus 2. cum ſeqq. 63. diſt.* & nominatim in Eccleſia Carnotenſi dicti Reges conferunt beneficia, *Specul. tit. ne ſede vacante in ſi.* Eandem facultatem conceſſit Leo Papa Othoni, *gloſ. in ſumma 16. quæſt. 7.* Similiter Duces Juliæ & Cliviæ ut & Comites Flandriæ diverſas habent Collegiatas Eccleſias, in quibus ad ipſos Principes ſolos Canonicatuum, & Præbendarum collatio pertinet, teſte Crantzio *in Eccleſiaſtica Saxonum hiſtoria*, eo ut opinor fundamento, quod ſint Jurispatronatus Laici, ſeu ex proprijs Principum bonis ejuſmodi Collegia fundata & dotata ſint. Quæ quidem collegia etſi in Rotulis ſeu Regiſtis Precum Imperialium in Cãcellaria Cæſaria comperiantur, & Preces in Aula expediantur, illæ tamen per dictos Principes rejiciuntur. Deniq; Rex Catholicus nonnulla ejuſmodi Collegia, tum in Hiſpania, tum in Belgio habere quorum ſacerdotia proprio jure abſolutè conferrè, in cõperto eſt, nec ullis hominũ privatorũ diplomatibus Pontificijs beneficialibus datur hic locus, niſi prius placitũ Principis acceſſerit, idq; ex pactis inter Põtifices & Reges olim conventis, ad reprimendos, & quatenus fieri potuerit extirpandos gratiarũ expectativarũ abuſus, quos cũ jã ſatis irrepſiſſe Põtifices deprehẽdiſſent, è re ſui nominis, & Chriſtianę pietatis eſſe putarũt illas tollere, & à S. Sede eliminare *ſeſſ. 24. cap.* 19

*Papa poteſt dare facultatem Laico conferendi beneficia, Reges Neapol. Angliæ Hungariæ, Galliæ jus conferendi beneficia à S. Pontif. acceperunt. Vt & Duces Iuliæ & Cliviæ Comitesque Flandriæ. Rex item Catholicus qui non admittit in Belgio Apoſt. diplomata abſque Placet. Gratiæ expectativæ hodie ſublatæ.*



Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Concilij Trident.* Principibuſque quorum facultatibus excitata, fundata, dotata erunt Collegia, eorum beneficiorum liberam relinquere collationem. Nec ſanè mirum ſi Principibus & Eccleſiarum defenſoribus ejuſmodi privilegia fuerint indulta, cùm & hominibus interdum privatis, ijſdemque laicis Eccleſiarum patronis abſolutum concedatur beneficiorum conferendorum jus; qualia eſſe apud Atrebates exempla memoriæ prodidit Boetius Epo *tract. de Regalibus nu. 262. & ſequentib.* Ne multis, Rex ipſe Romanorum ſuis in ditionibus ex indulgentia proculdubio S. Pontificis nonnullorum Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuum gubernacula mandat quibus vult, eoſq; Pontifici nominat confirmandos, inſtituendos, atque conſecrandos. Cui rei illuſtre inprimis videmus exemplum in vita B. Patris Ignatij *lib. 2. cap. 18.* qui Societatem nominis Ieſu Reip. Chriſtianæ bono, ſempiterna cum ſua gloria fundavit, ubi Princeps optimus Ferdinandus I. Romanorum Rex Archiepiſcopatum Jergeſtivum in Iſtria tunc vacantem, ultro detulit pijſſimo ſanctiſſimoque viro Claudio Jajo, uni ex decem primis ejuſdem Societatis Patribus, at reluctanti, reſpuentique, nec ullis ad hoc machinis induci ſeſe patienti, quantum libet apud ipſum S. Pontificem res animis maximis ageretur, donec tandem Ferdinandus efficaciſſimis Ignatij rationibus, per litteras perſuaſus, ac victus, à poſtulato deſiſteret: quam equidem hiſtoriam acceptam refero eidem Boetio Anteceſſori Duaceno, viro multiformi doctrina erudito. Hæctenus de diverſis diverſorum principum privilegijs, & indultis: redeo ad Preces Cæſareas: quarum uſum altiori receptum ſæculo non comperi quam 1200. ſiquidem Speculator qui illarum mentionem facit, vixit ſub annum Chriſti 1271. & Nauclerus in ſua Cronographia prodidit Rudolphum I. Imperatorem, qui menſe Octobri 1273 in Regem Romanorum electus eſt, uſum fuiſſe Primarijs Precibus, quarum etiam formulam hanc fuiſſe ſcribit:

*Rex Rom. quoſdam Epiſcopatus & Archiep. confert.*

*Ferdinandus I. confert Archiep. P. Claudio Iaio Ieſuitæ, recuſanti.*

*Preces quo tempore cœptæ. Antiqua precum formula.*

*Rodolphus Dei Gratia Rex, & ſemper Auguſtus, honorabili in Chriſto devoto Abbati &c. gratiam ſuam, & omne bonum. Cùm ex antiqua & approbata, ac à Divis Imperatoribus & Regibus inclytæ recordationis noſtris anteceſſoribus uſque ad nos producta conſuetudine, quælibet Eccleſia in noſtro Rom. Imperio conſtituta, ad quem beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficij precum noſtrarum primarias admittere teneatur, devotionē tuā rogamus, quatenus huic Clerico de Eccleſiaſtico beneficio quod ad tuam collationem ſpectat, ob reverentiam ſacri Imperij, & noſtram ſi quod vacat in præſens, vel quam primùm vacaverit, ſtudeas liberaliter providere, taliter faciens, quod devotionem tuam noſtra Serenitas debeat meritò commendare, & ad tua juſta deſideria facilis inveniri.* Dat Regni noſtri anno primo. Ex qua conceſſionis precum formula patet, antiquiores illas fuiſſe ævo Rudolphi, cum in ea dicatur, *cùm ex antiqua, & approbata conſuetudine &c.* Porrò, forma conceſſionis Precum Primariarum hodie talis eſt: FERDINANDVS

*Formula conceſſionis Precū hodierni temporis:*

DVS Divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxenburgiæ, VVirtenbergiæ, ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, &c. Princeps Suæviæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgundiæ, & Moraviæ ſuperioris & inferioris, Luſatiæ, Comes Habſurgæ Tirolis, Ferretis Niburgi, & Goriciæ &c. Landgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naónis & Salinarum &c. Honorabili, & Religioſis, devotis, nobis dilectis N. Abbati & conventui Monaſterij Sancti N. coniunctim vel diviſim gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum: Etſi nos ad Romani Imperij faſtigium evectos, tituliſque Auguſti, & Regio Diademate decoratos ſumma ſemper openiti decet omnia ſacri Romani Imperij intemerata iura, & conſuetudines laudabiles conſervare, par eſt tamen ut hoc diligentiori ſtudio præſtemus, ſi quando integritate vitæ, & morum probitate alijſque virtutibus inſignitos, meritis beneficijs, & dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum regumque ſublimitas, & magnitudo nullo expreſſius officio Dei Opt. Max. ſimilitudinem referre poteſt quam ſi pluribus benefecerit. Quare cùm nobis ad prædeceſſorum imitationem ex inveterata conſuetudine, etiam Apoſtolicâ authoritate per Sanct. in Chriſto Patrem Paulum V. Sanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum roborata, ius competat, Preces Primarias ad omnes, & ſingulos beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatores, Collatrices, Capitula, Conventus, & Collegia, ac perſonas alias de illis quocumque modo diſponendi ius habentes, per univerſum Romanum Imperium conſtitutas, porrigendi, dandi concedendi, & decernendi pro perſonis ideonis, & nobis gratis, ad conſequendum beneficia Eccleſiaſticæ cum cura, & ſine cura, tam ſecularia quàm regularia, etiamſi Canonicatus & præbendæ dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint in Collegiata, Cathedrali, vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueverint qui per electionem aſſumi ad Collatorum, Collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſive conventuum ad perſonarum prædictarum collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet etiam ordinationem coniunctim vel diviſim ſpectantia (Canonicatu nihilominus & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſivè vacantibus pro uno computatis beneficio) & huiuſmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum Primarijs Precibus reverenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperij iura, & conſuetudines (ut tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigijs inſiſtere volentes. Primarias Preces noſtras pro Devoto nobis dilecto N. ad vos porreximus, dedimus, conceſſimus, & de crevimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus, ac decernimus. Ita tamen quod nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum unquam per hoc in iuribus, privilegijs & exemptionibus, & collationibus noſtris generetur præiudicium vos adhortantes & pro conſervatione jurium ac conſuetudinum Romani Imperij expreſſè requirentes, ut beneficium Eccleſiaſticum tam regulare quàm ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi

Canonicatus vel præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueverint qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, quoad præſens ſive proximè quomodolibet ſimul vel ſucceſſivè in quocumque menſe vacare contigerit, ad collationem, proviſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſive quamlibet aliam diſpoſitionem veſtram pertinens, Canonicatu (ut præfertur) & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſivè vacaverint pro uno computatis beneficio, quod præfatus N. per ſe vel procuratorem ſuum infra menſem à die notæ vacationis duxerit acceptandum, eundem N. prout ad vos ſpectat ad illud eligatis, nominetis, præſentetis ac ei illud conferatis, & aſſignetis, atque etiam de eo provideatis, ponendo eum in pacifica, & quieta poſſeſſione, ſtallum in choro, & locum in Capitulo ei aſſignando cum plenitudine iuris Canonici, & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Quo verò hæ Preces noſtræ Primariæ certiorem conſequantur effectum, nominamus, & deputamus authoritate Apoſtolicâ nobis in hac parte conceſſa præſentium Venerabiles N. Archiepiſcopum Moguntinum, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarium, Principem, Electorem, & Nepotem noſtrum chariſſimum N. Epiſcopum Spirenſem, & Præpoſitum in VVeiſenbourg. Principem Devotum nobis dilectum, & quemlibet eorum inſolidum, qui præſentibus noſtris litteris requiſitus fuerit, harum Primariarum Precum noſtrarum executores, eiſdem per præſentes expreſſè committentes, & mandantes, ut ſi fortè in contemptum & præjudicium iurium, & conſuetudinum Romani Imperij ad parendum huiuſmodi Primarijs noſtris Precibus contumaces & rebelles fueritis, tanquam executores à nobis deputati ſub pœna gravis indignationis noſtræ quilibet eorum vos realiter & cum effectu ad parendum per cenſuras Eccleſiaſticas compellat, aliaque faciat & exequatur juxta traditam ſibi in litteris Apoſtolicis poteſtatem, Contumacia verò veſtra, aut contemptu (quod abſit) per menſem continuum à die requiſitionis numerandum, vos omnibus & ſingulis privilegijs, gratijs, libertatibus & donationibus à Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac à nobis, & alijs prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſis, noveritis eo ipſo privatos, & noſtra tuitione exutos, quæ & quas ex nunc prout à die contumaciæ veſtræ tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irrita eſſe volumus, & vos totaliter contumaces, & rebelles à beneficijs Maieſtatis noſtra reddimus alienos, prout etiam ex nunc, prout extunc privamus, & à protectione noſtra excludimus. Harum teſtimonio litterarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri appenſione munitarum.

SEQVI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sequitur textus

# INDULTI PRIMARIARUM PRECVM IN QVINQVE SECTIONES DIVISUS, CUM SUMMARIIS.

*Sectionis I, Summarium.*

Cauſſæ impulſivæ Indulti S. D. N. Pauli Pap. V. ſunt bene merita Cæſaris erga Eccleſiam Romanam Catholicam, cujus eſt Advocatus & legitimus Athleta adverſus fidei Chriſtiani nominis hoſtes.

## SECTIO I.

a PAVLVS b Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimo c filio Ferdinando Romanorum d Regi Illuſtri in Imperatorem electo, e ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

*CVM poſt factam de perſona tua per* f *S. R. Imperij Principes* g *Electores in* h *Regem Romanorum electionem, ac per nos pro univerſæ Reipub. ſalute* i *confirmatam, nuper nobis ſignificaveris, te ſummoperè deſiderare perſonas tibi gratas & acceptas gratia ut munificentia aliqua beneficia Eccleſiaſtica conſequi poſſe: Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, inſignibuſque præconijs commendari & ſublimium Principum deſideria & vota quæ in divini nominis & perſonarum, illi Clericali vinculo adſtrictarum amore feruntur, & opere poſt modum conſequente tutum deducantur in actum: ita etiam dignum vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei ſynceritate & devotione illibatæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, te fidelem* k *Advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione Matrem &*

Domi-

*Dominam tuam recognoviſti, & ad ipſius honorem, & S. Rom, Imperii decus, & unionem victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio, adveniente tempore, ſuſcipere, & in eis immobilis perſiſtere intendis, verum etiam tanquam ipſius Eccleſiæ legitimus Pugil & Athleta, te adverſus Schiſmaticorum & Hæreticorum, Turcarum tyrannum, ac fidei ac Chriſti nominis hoſtes, inſanias, & furores, ſpiritualiter & temporaliter armaris, & in dies arma hujuſmodi jugiter exequeris, ea tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ Celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eiſdem bene meritis perſonis te munificum reddere poſſis, ope auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione gratiarum.*

## SCHOLIA IN SECTIONEM I.

*Nomen Pauli V. ante Pontificatum.*

*a* PAULUS) Antequam ad ſummi Apoſtolatus apicem evectus eſſet Paulus V. Pontifex Maximus Camillus vocabatur, ex Illuſtri Burgheſiorum familia oriundus, cujus ego deductionem accuratam ex antiquiſſimis Scriptorum monumentis prodidi in Epiſtola liminari Diſſertationum mearum in Onoſandri Strategicum ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſimũ Dnm. Scipionem S.R.E. Card. Burgheſium. Mutato autem Camilli nomine, Paulus V. dictus eſt; æquum enim eſt, ut Papa, qui aliis omnibus præeſt, proprio ſuo nomine quo appellabatur, dũ aliis ſuberat, exinde non vocetur, ſed aliud ſibi aſſumat, ut ſicuti eſt Dominus omnium, & Dei Vicarius effectus, *gloſ. in verb. Bonif. in proëm. lib. 6, ubi DD. Guilielm. Bened. in cap. Raynutius in pr. num 43. & ſeqq* ita nomen aliud ſibi adſciſcat ad inſtar Principis Apoſtolorum Petri, qui antea Simon dicebatur, *Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imper. quæſt. 40.* Hinc omnes à Gregorio Magno Pontifices, hanc nominis mutationem non ſine ratione eſſe conſiderantes, primo nomine neglecto, aliud aſſumere conſueverunt, quaſi quod prius in terrena, privataque vita aſſecuti erat, terrenos affectus redoleat; proinde cùm terrenæ cogitationes & curæ ſint ab ipſis calcandæ, oblivioniq́ue mandandæ, aptè quidem cum ſecularibus negotiis, ſecularis quoque appellatio rejiciatur, id quod etiam in nonnullis Regularium ordinum familiis, obſervari notat Anaſt. Germon. *tract de Indultis Cardin. In ſcript. nu. 19.* Verùm, quantò major & excelſior eſt Papa, tantò humilior omnibus creaturis oſtenditur, & propterea ſe SERVUM SERVORUM DEI appellat, *cap. relatum 37. in fi. de ſent. excom, & in Proëm Decretali in gloſ. verbi Servus* Ex quo illud proceſſit, ut in die coronationis Papæ, quo conditionis humanæ minor ſit, ante illum ſtupæ in ſumitate arundinis comburantur, & ſtentoreâ voce inclametur: SIC TRANSIT GLORIA MUNDI PATER

SANCTE

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

SANCTE. *Navar in repert. cap. inter verba 11. quæſt. 3. concluſ. 5.* Ita olim triumphantibus Imperatoribus ſuggerebatur à tergo: RESPICE POST TE: HOMINEM MEMENTO TE. *Tertul. in Apolog.* Atque hæc inſcriptio Servus Servorum &c. adeò uſque recepta, & neceſſaria eſt in litteris Pontificijs, ut ſi illa deſit, litteræ obreptitiæ, & de falſo ſint ſuſpectæ, utpote contra ſtyli uſum fabricatæ. *Bald in l. Sacri affatus C. de diverſ. reſcript. cap. quam gravi de criminè falſi Abbas in cap. ex parte 2 num. 2 de off. iud deleg.*

b EPISCOPVS) Quid cauſſæ cur S.D.N. Epiſcopum ſe nominet, notat Reſtaurus Caſtaldus *tract. de Imperat. quæſt. 42.* ubi ſcribit iccircò Epiſcopum nominari, quòd nullus ordine Epiſcopali major ſit in Eccleſia, *per not gloſ. in Proëm. ſexti, in verbo Epiſcopus, & Anaſt. Germon. tract. de Indult. Cardin. in §. Epiſcopus.* *Papa unde Epiſcopus dictus.*

c CHARISSIMO IN CHRISTO FILIO) Multis jam retro ſeculis inolevit uſus ille, ut S.D.N. Papa cùm Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Cardinalibus ſcribit, fratres appellet, tanquam in officio Coadjutores; cùm autem aliis, filios. Et quidem optima ratione, ut quemadmodum, inquit Rebuffus, *ad formam mandati, verbo dilectis filijs, &* Deus Opt. Max. pater eſt & creator omnium, ita ejus in terris Vicarij filij ſumus, cura & honore, quia curam omnium gerit, ut oſtendit Bonifac. *ad Proëm. Clem. col. 2. not. 4.* Atque hæc ſcribendi forma niſi ſervata fuerit, præſumitur reſcriptum falſum *d. cap. quam gravi. in l inter claras C. de ſumma trinit.* *Papa Epiſcopis ſcribens fratres appellat: cum autem aliis filios.*

d FERDINANDO ROMANORVM REGI) Eligendus in Imperatorem, primum eligitur à ſeptemuiris, Germaniæ Rex Romanorum, poſtea verò promovetur in Imperatorem unctione, conſecratione, & coronatione quam accipit à Papa, *text. in c. Venerabilem ibi, perſonam electam in Regem, & ibi, ad Imperium aſſumendus, de Iureiur. Reſtaur. tract. de Imperatore quæſt. 10.* Aurea etiam Bulla Caroli IV. quotieſcumque neceſſitas ſeu caſus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi. Ac licet plerique ſint in ea ſententia, ut Rex potius Germanorum eligatur. *Ioan. And. in cap. Venerabilem,* nihilominus prævaluit ſententia Panor. & aliorum *in d. cap.* quæ etiam diuturno loquendi uſu confirmata eſt. Benè tamen animadvertit D. Azorius *l. 10 inſtit moral. part. 2. cap. 4.* olim antequam electio Imperatoris ad ſeptemuiros Germanos Romani Pontificis authoritate redacta eſſet, Regem Romanorū eligi quempiam ſolitum, qui deinde ab Italis, Lombardis eligebatur, & à Mediolanenſi Epiſcopo coronabatur in Regem Italiæ, tandem à Romano Pontifice, annuente univerſo populo Romano, Imperator Romanorum vocabatur. Unde Carolus Magnus qui primum Aquiſgrani erat creatus, & coronatus Rex Germanorum, poſtea in Italia Longobardis bello devictis ſe fecit in Regem Italiæ coronati, & Pipinum filium Regem Italiæ nominavit. Poſt Carolum Magnum, ſucceſſerunt ordine Ludovicus Pius, Lotharius, Ludovi- *Eligendus in Imperatorem primum Rex Rom. creatur.* *Electio Imperatoris ante datos Electores à Papa qualis.*

dovicus Junior, Carolus Caluus, Ludovicus Balbus, Carolus Craſſus, & Arnulphus, quorum ſinguli fuerunt Reges Germanorum, & deinde ab Italis electi Reges Italiæ, & poſtea coronati à Romano Pontifice Imperatores. Arnulphum ſecuti ſunt Ludovicus filius ejus, Conradus I. & Henricus I. qui Reges quidem Germanorum fuerunt, ſed non Reges Italiæ, vel Imperatores electi atque coronati. Poſt decretum à Gregorio V. (licet alij falsò Grego-

*Gregorius V. Electores conſtituit.*

rio X. id attribuant, quos refutat Card. Bellarm. *de translat Imperij Romani l. 1. cap. 1.*) de Imperatore eligendo, Septemuiri Germani Regem Romanorum dicuntur eligere, quoniam etiamſi eligatur Rex Germanorum, quia tamen eligitur in Imperatorem poſtea promovendum, revera eligitur in Regem Romanorum. Item ut ſupra dixi Romanus Pontifex jus eligendi ad Septemviros Germanos revocavit, ut ſchiſmata ex Imperio tollerentur: nam poſt Carolum Craſſum, quidam Itali elegerunt in Regem Italiæ Berengarium ducem Foro Julienſem, alij Widonem Ducem Spoletanum, alij Arnulphum Regem Germaniæ. Poſt Arnulphum itidem, quidam Itali volebant eundem Berengarium, alij Lambertum filium Widonis, quem ipſe pater Wido Regem appellaverat, & ſocium regni ſibi adjunxerat, alij Ludovicum filium Boſſononis in provincia Regis contra Berengarium vocarunt, & regno Italiæ præfecerunt; mortuis verò Widone, Lamberto, Arnulpho, Ludovico regnavit in Italia ſolus Berengarius, ſed contra ipſum multi Itali Rudolphum Burgundiæ Regem, in Regem Italiæ elegerunt, quo deinde abſente, & extincto Berengario Italici Hugonem filium Lotharij, nepotem Lotharij in Lotharingia Regis, pronepotem Ludovici II. Comitem Arelatenſem Regem Italiæ crearunt, & hic filium Lotharium Regem Italiæ nominavit, quia ſcilicet ſibi ſocium in regno aſſumpſit, qui deinde mortuo patre ſolus in Italia Regnavit. Sed contra eum Itali Berengarium II. Berendarij I. ex filia nepotem Regem conſtituerunt, & ipſe poſtea filium ſuum Adalbertum Regem Italiæ appellavit. Contra hos plerique Itali Othonem Magnum Regem Germaniæ vo-

*Otho Magnus Rex Germanus vocatus.*

carunt, & in Regem Italiæ elegerunt. Othoni Magno ſucceſſit in Regno Germaniæ, & Italiæ Otho II. filius. Othoni II. filius Otho III. in utroq; regno ſucceſſit, poſt quem edita eſt conſtitutio Pontificia de ſeptem Electoribus Imperatoris. Plura de Electoribus videatur idem Azorius d. cap. 4. ubi quærit an in electione Imperatoris ſi ſit diſſenſus, Romanus Pontifex alterum alteri præferre poſſit: & quid ſi inidoneum ſeu indignum elegerint? & ſi idoneum, an is antequam ſit à ſummo Pontifice unctus, ſacratus, vel confirmatus administrare poſſit; & an ſit totius mundi Dominus; & pleraque talia curioſæ investigationis, ſed non hujus loci.

*Salutandi conſuetudo antiq.*

c SALVTEM.) uſus iſte ſalutandi non modò Chriſtianis jam diu receptus eſt ut conſtat ad Philip. c ult. 1. Theſſ. ca. ult. & 2. cap. ult. & alibi, verum etiā Ethnicis ipſis, qui etiam poſt nomina illam adjiciebant, licet interdum iſti

omis-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omitterent, præſertim Reges, quaſi per majeſtatem. Quod Plutarchus notat in Phocione, dum ſcribit *Alexandrum victo Dario abſtuliſſe ab Epiſtolis* τὸ χαίρειν (illud ſalvere) *exceptis quas Phocioni ſcribebat, quem unum, ſicut Antipatrum compellebat poſt ſalutem dictam.* Verum Romani Pontifices Chriſti diſcipulos etiam in hoc ſecuti, hoc ſalutandi more ſemper uſi ſunt, ut licet videre in proemio decret. lib 6. & Clem. & ibi DD. nam ut benè ſcribit Rebuff. *ad formam mandati Apoſtolici, verbo ſalutem*, producit ſalus, actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, ſed utilitatis, tranquillitatis, jucunditatis, & neceſſitatis. Hinc in primitiva Eccleſia præter ſalutem, Gratiam imprecabantur, id quod Ignatium, & ſucceſſores Antiochenſes Epiſcopos feciſſe narrat Baronius, *in Annal. Eccleſ. ſub annum Chriſti* 45. & procedente tempore, poſt ſalutem, Apoſtolicam benedictionem ſubjecerunt.

f SACRI ROMANI IMPERII) Imperium à Romanis defluxiſſe qui primum Regibus regebantur, dein Conſulibus, & Dictatoribus, demum Principibus & Cæſaribus, quorũ primus fuit Octavianus Auguſtus (ſub quo Servator generis humani natus eſt) qui bellis civilibus ſua virtute extinctis, ipſum denique terrarum orbem pacavit, nemo quiſquam eſt qui ignoret. Hinc Auguſti nomine illum inſignivit ſenatus, ut cùm primus omnium condidiſſet Imperium, divino quaſi nomine, & titulo, ut L. Florus loquitur, etiam ſuperſtes conſecraretur. Atque inde fortaſſis factum eſt, ut Imperatoribus quaſi divinis hominibus, & veluti Jove editis, ut Homerus loquitur, ignis præferretur, *Adri. Turnebus lib.* 1. *animad. c.* 29. Verum miſſa hæc faciamus, & diſquiramus, quid interſit inter Cæſares, Imperatores, & Auguſtos? Nonnulli, inter quos eſt Alciatus *in annotat. ad Tacitum*, hoc intereſſe ſcribunt, quòd Cæſares, fuerint dicti, qui Auguſtæ Majeſtatis hæredes deſignati eſſent, adminiſtratione rerum interdicta, niſi fortè aliquam provinciam Auguſti juſſu adminiſtrandam haberent. Hinc nulla illis donativa militibus dandi facultas erat, nec in comitatu alios habebat niſi quos princeps tribuiſſet. Paulò major Imperatoris dignitas, qui licet intra Auguſti faſtigium poſitus, ejuſque arbitrio bella gereret, ſummam tamen poteſtatem in Magiſtratus, inque milites, habebat, juſque illi belli indicendi erat. Hinc Ovid. lib. 2. Triſt.

*Imperium qui à Romanis processerit.*

*Quæ ſit differentia inter Cæſares, Imperatores & Auguſtos.*

*Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas,*
*Auſpicium cui das grando, Deoſque tuos.*

Ævo tamen poſteriori, ut Tertul. qui Apoſtolorum temporibus vicinus vixit, ijdem Cęſares, qui Auguſti, & ijdem Imperatores, qui Cæſares & Auguſti. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis*, inquit Tert. ad Scapulã, *ne dum Imperatoris, quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat, & revereatur, & honoret, & ſalvum velit cum toto Imperio: quouſq; ſeculum ſtabit, tam diu ſtabit. Colimus ergo Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem à Deo ſecundum, & quidquid eſt à Deo conſetutum, ſolo Deo minorem.* Ita ille; qui rurſum in Apologetico:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sed quid ego amplius de religione, atque pietate Chriſtiana in Imperatorem? quem neceſſe eſt, ſuſpiciamus, ut eum quem Dominus noſter elegerit: ut meritò dixerim, noſter eſt magis Cæſar, ut à noſtro Deo conſtitutus &c.* Signentur hæc Tertulliani dicta, ſed illud maximè quòd tam diu ſtabit Imperium, quamdiu ſeculum. Ex quo videt lector, illum imbibiſſe vaticinium illud Danielis cap. 2 pernotum, quo non ante cadet Imperium, quàm fatalis & horrendus ille univerſi orbis occaſus adveniet Iccircò ævo primitivæ Eccleſiæ, Chriſtiani, ne in præacerbas Antichriſti vexationes inciderent, ardentibus votis Deum ſuum pro incolumitate Imperij, Imperatoriſque precabantur; ut ex his ejuſdem Tertul. verbis in Apolog licet percipere: *Eſt inquit, & alia maior neceſſitus orandi pro Imperatore, etiam pro omni ſtatu Imperij rebuſquè Romanis, quod vim maximam univerſo orbi imminentem, ipſamquè clauſuram ſaculi, acerbitates horrendas comminantem Romani Imperij commeatu ſcimus retardari. Itaque nolumus experiri, ut dum precamur differri, Romanæ diuturnitati favemus,* Apologet. adverſus gentes. Faveamus ô Lector! & pro incolumitate Imperatoris, & Imperij ardentibus Deum votis cum Tertulliano precemur: qui ſi hiſce temporibus viveret, in quas voces nõ erũperet? quid nõ moliretur? ô tẽpora! ô mores! ſed hęc obiter.

*imperii Romani mutatio qualis.*

g. PRINCIPES ELECTORES) Diximus ſupra cœptum in Romanis Imperium. Ab iſtis ad Græcos Conſtantinopolim, per Conſtantinum Magnum tranſivit. Poſt illa Occidentis Imperium à Græcis ad Francos translatum eſt, & in Caroli familia uſque ad octavam, & nonam generationem permanſit. Demum Italia Schiſmaticis divexata regi cœpit per Reges ſive Gothos, ſive Longabardos, donec tandem Imperium redivivum ſurrexit in ſucceſſoribus Caroli Magni, in quos via ſucceſſionis ſanguinis, & non electionis gradatim deferebatur: Ab iſtis tandem delatum eſt Imperium Germanis in perſonam Othonis I. qui exactis ex Italia Berengarijs ætate jam provectâ Viennæ Auſtriæ obijt circa annũ 970. relicto Othone II. ſucceſſore, qui à Joanne XIII. Papa coronatus: eo mortuo ſucceſſit in Imperio ejus filius Otho III. ut diximus ſupra, quem à Benedicto VIII. Papa coronatum legimus, & is ultimus fuit qui jure hæreditario Imperium adminiſtravit: Nã cùm Germani proceres animadverteret, Reges & Principes degeneres nonnunquam filios poſteris relinquere, ſicque ſatius eſſe electione Imperium deferre quàm ſucceſſione, (in quo non deſunt exempla quæ peti poterunt ex ca. II. lib. I. mei Theſauri politic. Aphoriſ.) hinc factum ut per electionem deinceps Imperator Romanus aſſumeretur, Ne autem indiſcreta, aut ſubitaria, ut olim plerumque, electio fieret, certos Eccleſiaſticos, & ſæculares Germanię Principes, authore præſule Romano ſelegerunt, ad quos hujuſmodi ſpectaret electio. Ac licet non reperiatur in jure deciſum, quot numero Principes Germaniæ ad hanc electionem requirantur (nam in Clem. I. de Jureiur. legimus per Eccleſiam Imperium à Græcis ad Germanos fuiſſe tranſlatum,

*Electorũ Imperii Inſtitutio.*

ſatum, & ab Eccleſia ad certos Germaniæ Principes jus eligendi Imperatorem perveniſſe *in cap. Venerabilem de electio* ) ſed dicatur, Principibus Germanorum jus eligendi Imperatorem jure, vel conſuetudine convenire, *in cap. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re jud.* in 6. ubi hoc ſolum habetur : Illi autem ad quos Imperatoris ſpectat electio, liberè eligant in Imperio ſucceſſorem ) nihilominus prævaluit ſententia gloſſæ *in d. cap. ad Apoſtolicæ, in verbo, Illi autem*, & multorum aliorum dicentium, ſeptem eſſe ordinatos Principes Electores, videlicet tres Eccleſiaſticos, Archiepiſcopum Colonienſem, Trevirenſem, & Moguntinenſem, quatuor verò ſæculares, Palatinum Comitem Rheni, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandenburgenſem, & regem Bohemiæ, olim Ducem, licet iſte, ut quidam, *quos recenſet Azorius inſtit. moral. lib.* 10. *cap.* 3. volunt, non alias ſit Elector, niſi in diſſenſu ſuffragiorum ſex aliorum. Itaque poſt mortem Othonis III. ſeu finita ſtirpe Othonis I. perſpicuum eſt, jus eligendi Imperatorem, reſediſſe penes eoſdem Septem viros, jam nominatos, & primum omnium Imperatorem fuiſſe non Henricum Saxoniæ Ducem (qui ſine legitima authoritate Imperij titulum, ut olim Galba & Veſpaſianus, qui iccirco è Cæſarū albo abraſi ſunt, ſibi arrogavit, Carolus Mag. *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. *Rub. des matieres feodal. n.* 32.) Sed Henricū I. Bavariæ Ducem ex inclyta & antiquiſſima Bavarorum familia anno circiter ſalutis 1003. uno omnium Electorum ore Imperatorem renunciatum, & à Benedicto VIII. coronatum eſſe. Intereà advertè Septem-viros iſtos Principes non Imperatorem eligere, ſed Regem Romanorum in Imperatorem promovendum, *quod totidem verbis legitur in Clem.* 1. §. 1. *de Iureiur.* Henricum Regem, tunc Regem Romanorum, & clarius in §. nos ibidem, *ipſum nominavimus, denunciavimus, & declaravimus in Regem Romanorum, in Imperatorem poſtea promovendum.* Neque obſtat quod habetur in cap. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re jud in 6. ubi hæc habentur: *Illi autē ad quos in Imperio Imperatoris ſpectat electio, &c.* Nam reſpondet D. Azorius *pag.* 1060. *par.* 2. in illo Imperatoris ſuppleri illud videlicet poſtea promovendi, cùm electus in Regem Romanorum poſtea creetur, ungatur, coronetur Imperator, ut ex præcitatis, atque adeò bulla aurea Caroli IV. Roman. Imp. ſub annum Chriſti 1366. edita conſtat. Sed nec illud ſilentio involvendum, quod ſubjicit idem Azorius, antequam electio Imperatoris ad Septemviros Germanos Romani Pontificis authoritate redacta eſſet, aliquem Romanorum eligebant, qui deinde ab Italis Lombardis eligebatur, & à Mediolaneuſi Archiepiſcopo coronabatur in Regem Italiæ, tandem à Romano Pontifice, annuente univerſo populo Romano, Imperator Romanorum vocabatur.

*Rex Boemiæ jus ſuffragij dandi an habeat.*

*Ante Electores PP. quis ritus eligendi.*

Vnde Carolus Magnus, qui primus Aquiſgrani fuit creatus, & coronatus Rex Germanorum, poſtea in Italia Longobardis bello devictis, ſe fecit in Regem Italiæ coronari, & Pipinum filium Regem Italiæ nominavit. Poſt Carolum Magnum ſucceſſerunt ordine Ludovicus Pius, cujus filij tres fue-

runt, Ludovicus Germanicus, Lotharius, Carolus Caluus: Ludovico Alemania obtigit, feruntque illi filij, Ludovicus, item Carolus Craſſus, qui Calvo Imperium eripuit, & Carolomannus, cujus filius Arnulphus poſt Craſſum imperavit. Arnulphi filij Ludovicus III. Cæſar, & Conradus, cujus Conradi filij fuerunt Ebrardus (cuius poſteri ſunt francorum Principes) & Conradus poſtremus in hac progenie Cæſar.

*Henricus I. Bavar9 primus fuit elect9 in Imper. per Principes Elect.*

Poſtea ab his ad Othonem I. Imperium delatum eſt, ut prædixi, & tandem cùm Germani Principes ob frequẽtes ſeditiones viderent magis expedire eligere, quàm ex hæreditate mereri Principem, tandem Henrico I. Bavaro obtigit, ut diximus, per electionem Imperium, per quam etiam in alios exinde, ad noſtra uſque tempora derivavit. Atque de his hoc loco ſatis dictum eſto.

*Rex Romanorum aſſumit nomen Imperatoris per unctionem & coronationem.*

*Elenchus Cæſarum coronatorum à Carolo Magno.*

h IN REGEM ROMANORUM) Rex Romanorum creatur per Principes Electores, nec nomen Imperatoris aſſumit, niſi unctus, conſecratus, coronatus à Papa, *cap. Venerabilem, de Iureiur. Reſtaurus tract. de Imperatore quæſt.* 10 Hinc rectè animadvertis Baronius *tomo* 10. *annal. ſub annum Chriſti* 888. Arnulphum Carolomanni filium, nunquam ab antiquis Scriptoribus Imperatorem fuiſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eò quòd nefas eſſet Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud ab Apoſtolica ſede collatum eſſet. Unctus itaque & coronatus demùm Imperatoris nomine donabatur; *Reſtaurus Caſtald. tract. de Imperatore, quæſt.* 45. *nu.* 1. Qui autem fuerint coronati à Carolo Magno Reges Romanorum ex Elencho ſubjecto videbit curioſus Lector, quẽ acceptum refero à Patre Joanne Azorio, *lib.* 2. *Inſtitutionum moralium, part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 5.

CAROLUS MAGNUS, Anno Domini 801. in die Natalis Domini, ut paulò antè dixi à Leone III. Romæ in Æde S. Petri Chlamydem Auguſtalem, & coronam auream accepit: quo facto populus univerſus ter acclamavit: Carolo Auguſto à Deo coronato, Magno, & Piiſſimo Imperatori Romano vita, & victoria. Aimonius lib. 5. Rhedino lib. 2. Friſingenſis libr. 5. Sigonius de regno Italiæ libr. 4.

LUDOVICUS PIUS Caroli Magni filius, unctus, conſecratus, & coronatus eſt à STEPHANO IV. Remis in Gallia, Anno 816. Aimonius libr. 5. Rhegino libro 2. Friſingen. libro 5. Sigebertus in Chronico, Sigon. lib. 4.

LOTHARIUS filius Ludovici Pij coronatus eſt Romæ à Paſchali 1. anno 823. Aimonius, Rhegino, Friſingen. Sigibert. Sigon. lib. 5. ſupra citati.

LUDOVICUS II. Lotharij filius coronatus eſt Romæ in Baſilica S. Petri à Sergio II. anno 844. Aimonius, Rhegino, Friſing. Sigibert. & Sigon.

CAROLUS CALVUS, filius Ludovici Pij, frater Lotharij Imperatoris, patruus Ludovici II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Joanne VIII. anno Domini 876. Aimonius lib. 5.

Rhe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rhegino lib. 2. Friſingen. lib. 6. Sigon. lib. 5.

LVDOVICVS III. cognomento BALBVS, filius Caroli Calui coronatus eſt Lugduni in Gallia à Joanne VIII. anno 878. Aimonius lib. 5. Rhegino lib. 2. Friſingen. lib. 6. Sigon. lib. 5.

CAROLVS cognomento CRASSVS, filius Ludovici Regis Germaniæ & nepos Ludovici Pij, patruelis Ludovici III. Balbi coronatus eſt Romæ in æde S. Petri Joanne VIII. anno 881. Aimonius. Rhegino. Friſingen. Sigibert. & Sigon. Arnulphus filius Carolomanni ex concubina, nepos Ludovici Regis Germaniæ, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Formoſo Pontifice Romano anno 896. Rhegino lib. 2. Friſingen. 6. Sigiber. in Chronico Sigon. lib. 6.

LVDOVICVS IV. filius Boſſonis in provincia Regis ex uxore Hirmingarde, filia Ludovici Pij, & ſorore Caroli Calui, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Benedicto IV. anno 901. Rhegino lib. 2. Friſingen. lib. 6. Sigon. lib. 6.

OTHO I. olim Saxoniæ Dux, Germaniæ Rex coronatus Romæ in æde S. Petri à Joanne XII. anno 962. Friſingen. lib. 6. Sigon lib. 6. Ante hunc Othonem I. & poſt Arnulphum Imperatorem Reges Germaniæ fuerunt Ludovicus filius Ludovici Pij, & frater Lothariæ, & Caroli Calui Imperatorum. Conradus primus Dux Franconiæ, Henricus Dux Saxoniæ pater Othonis I. Imperatoris, ſed Reges Italiæ non fuerunt.

OTHO II. filius Othonis I. coronatus eſt Romæ in Baſilica Vaticana anno 968. à Joanne XIII. Friſingen. lib 6. Sigonius lib. 7.

OTHO III. filius Othonis II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Gregorio V. anno 996. Friſingen. lib. 6. Sigon. lib. 7.

HENRICVS I. ex Duce Franconiæ ac potius Bavariæ factus Rex Germaniæ coronatus eſt in æde S. P. à Benedicto VIII. anno 1014. Nauclerus in Chronologia parte 2. Generat. 34. Sigon. lib. 8. de Regno Italiæ.

CONRADVS II. ex Duce Sueviæ factus eſt rex Germaniæ, coronatus eſt Romæ in Baſilica S. Petri à Joanne XX. anno 1027. Friſingen. lib. 6. Naucler Generat. 35. Sigon lib. 8. de Regno Italiæ.

HENRICVS III. filius Conradi II. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Clemente II. anno 1047. Friſingen. lib. 6. Naucler. Generat. 35. Sigon. lib. 8.

HENRICVS IV. filius Henrici III. nepos Conradi II. dum puer eſſet, creatus eſt Cæſar anno 1057. ſed non eſt à Romano Pontifice coronatus: fuit enim hoſtis & perſecutor Eccleſiæ & Gregorij VII Pontificis Romani: contra eũ Rudolphus dux Sueviæ declaratus, & electus eſt ab Electoribus Principibus Rex Germaniæ authoritate Gregorij 7. & ab eo confirmatus Rex Romanorum, ſed non eſt coronatus Imperat. Naucler. Gener. 36. & 37. Sigon. lib. 9. Item adverſus eum Conradus filius, quem in Regem Romanorum eligendum, &

crean-

creandum curaverat ad Romanum Pontificem, ſe contulit, ſed non eſt Imperator Coronatus, Sigon. lib. 9.

Henricus V. filius Henrici IV. per vim coronatus eſt Romæ in Baſilica Vaticana à Paſchali II. anno 4. quem captivum abduxerat, cum clericorum, & ingenti laicorum multitudine, & mortuus eſt abſque virili prole, Naucler. generat. 38. Sigon. lib. 10.

Lotharius II. ex Duce Saxoniæ factus Rex Romanorum coronatus eſt Imperator Romæ in æde S. Petri ab Innocentio II anno Domini 1133. Nauclerus in Chronico part. 2. generat. 38. Sigon. lib. 11.

Conradus III. Dux Suæviæ Henrici V. filius mortuo Lothario electus eſt & deſignatus Imperator anno 1138. non tamen coronatus à Romano Pontifice, Naucler. generat. 38. Sigon. lib. 11.

Fredericus cognomento ÆNOBARBUS Suæviæ dux, nepos Conradi III. ex fratre Frederico, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri ab Adriano 4. anno 1155 Naucler. Generat. Sigon. lib. 12.

Henricus VI. filius Frederici I. coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Cæleſtino 3. Naucler. Generat. 40.

Otho 4. filius Henrici Ducis Saxoniæ electus, & deinde confirmatus à Prædeſtino Epiſcopo nomine Innocentij 3. erat enim ejus legatus in Germania, & deinde coronatus eſt Romæ in æde S. Petri ab Inno. III. anno 1606. Naucler. Generat. 41.

Fredericus II. Henrici VI. filius in Regem Romanorum electus, confirmatus eſt ab Innocentio 3 coronatus verò ab Honorio 3. anno Domini 1220. Naucler. Generat. 41.

Conradus IV. filius Frederici II. electus eſt Rex Romanorum vivente patre anno 1287. Naucl. Generat. 42 ſed non eſt à Romano Pontifice coronatus, & cùm Fredericum patrem Innocentius IV. Imperio privaſſet, Principes moniti ab eodem Innocentio elegerũt Henricum Langravium Thuringiæ, & quia brevi hic mortuus eſt, elegerunt Guillielmum Comitem Hollandiæ, vivente adhuc Conrado quarto, & deinde occiſus eſt à Friſonibus mortuo Cõrado quarto, poſtea per aliquot annos fuit interregnum, diſſidentibus inter ſe Electoribus, quia quidam anno 1257. elegerant Ricardum Cornubiæ Comitem, fratem Henrici Regis Anglorum, alij verò Alphonſum X. Caſtellæ regem. Tandem anno 1273. Electus eſt Rudolphus Comes Habſpurgenſis, qui fuit pater Alberti I. Ducis Auſtriæ, non eſt coronatus, ſed confirmatus Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi, ea conditione, ut anno proximè ſequẽti Romam veniret, unctionem, conſecrationem, & coronam accepturus. Naucl. Generat. 43.

Albertus I. Dux Auſtriæ, filius Rodolphi I. electus eſt anno 1299. Naucl. Generat 44. mortuus eſt anno 1308. non eſt coronatus.

Henricus Septimus Comes Luxen-

Luxenburgi acceptâ corona argenteâ in Germania, & ferreâ in Italia, coronatus eſt aureâ Romæ à tribus Cardinalibus legatis Clementis V. In æde S. Joannis Lateranenſis 1311 Naucler. Gener. 44. obijt anno 1313. & poſtea anno ſequenti Electores diſſidentes elegerunt Ludovicum Ducem Bavariæ, & Fredericum Ducem Auſtriæ. Naucler Generat eadem.

CAROLVS QVARTUS filius Joannis Regis Bohemię, Nepos Henrici VI. Imperatoris Romæ in æde S. Petri coronatus eſt à Petro Cardinali Hoſtienſi Legato Innocentij VI Naucler. Generat 35 & 36 Electores elegerunt contra Carolum Odoardum Regem Angliæ, ſed electionem ille repudiavit. Poſtea elegerunt Gũtherũ Comitẽ, ſed brevi mortuus eſt.

VENCESLAVS Caroli IV. filius Cæſar tantum fuit, non Auguſtus, nec coronatus Imperator. Nauclerus Generat 46.

ROBERTUS ex Comite Palatino & Duce Bavariæ electus eſt Rex Romanorum anno 1400. non eſt Imperator coronatus.

SIGISMVNDVS filius Caroli 4. Imperatoris Bohemiæ, & Hungariæ rex coronatus eſt Romæ ab Eugenio IV. apud S. Petrum anno 1430. Naucler. Generat. 49.

ALBERTVS 2. Auſtriæ Dux, & Bohemiæ, & Hungariæ Rex, Gener Sigiſmundi Imperatoris, fuit Cæſar, & Rex Romanorum Electus anno 1438. ſed non coronatus Imperator, Nauclerus Generat. 48.

FREDERICUS tertius Erneſti Ducis Auſtriæ filius, coronatus eſt Romæ in æde S. Petri à Nicolao V. anno 1452. Nauclerus Generat. 45.

MAXIMILIANVS Frederici tertij filius, Cæſar electus, ſed non coronatus Imperator.

CAROLVS V. Philippi Principis Hiſpaniæ filius. Nepos Maximiliani Cæſaris, Frederici tertij Imperatoris pronepos, coronatus eſt Bononæ à Clemente ſeptimo, anno 1530.

Annales noſtri referunt illum inauguratum Aquisgrani anno 1512. 4. Idus Novemb. vid. Annales D. Chapeaville Canonici & Vicarij Leodien. in vita Erardi à Marcka cap. 10.

FERDINANDVS Rex Bohemiæ & Vngariæ, frater Caroli V. Imperatoris Cæſar fuit, non Imperator coronatus.

MAXIMILIANVS ſecundus Rex Bohemiæ, & Hungariæ Ferdinandi Cæſaris filius, Cæſar fuit, non coronatus Imperator.

RODVLPHVS ſecundus Rex Bohemiæ, & Ungariæ, filius Maximiliani Cæſaris, nepos Ferdinandi Cæſaris, Rex & Cæſar eſt, obijt anno 1612. in Febr.

MATHIAS Archidux Auſtriæ, filius Maximiliani Cæſ. Rex etiam & Cæſar Romanorum, qui obijt anno 1619. non etiam coronatus.

FERDINANDUS II. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Tyrolis, S Sedi obedientiam præſtitit miniſterio Ducis Sabelli 1. Maij anni currentis 1620.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Electio Imper. confirmatur à Papa. Dux Sabelli praſtat obedientiã S. Sedi pro Ferdinando.*

*II. Electus Rex Rom. inſinuat electionem ſuam S. Pontifici per ſuos Legatos qui pro eo præſtant obedientiã &c. Vnctio quid differat à conſecratione.*

i CONFIRMATAM) Electio enim Imperatoris confirmatur à Papa, *textus in Clem. 1. de Iureiur. poſt pr. ibi. approbationem &c. & alibi, & notat Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imp. quæſt.* 17. *& Innoc. in cap. Venerabilem de Electio.* cui etiam præſtat obedientiam: quam nuper, hoc eſt: 1. Maji hujus anni 1620. exhibuit S. Sedi glorioſus, & invictiſſimus Imperator Ferdinandus II. miniſterio Illuſt. Ducis Sabelli ipſius ad S. Sedem Legati: prout & Matthias illius prædeceſſor opera Illuſt. & Rever. D. Epiſcopi Bambergenſis Eſt enim à multis jam, retro ſæculis uſu receptum, ut Electus hanc confirmationem ſeu approbationem, per ſolennes Legatos ſeu Nuncios à Papa cum ſpeciali mandato petat, *ut eſt textus in d Clem. 1. ibi. dictus namq;*. Et habetur in ſolenni libro ſacrarum Ceremoniarum *lib. 1 ſect. 5. cap. 1. in pr.* quòd Electus Rex futurus Imperator Romanorum primùm conſuevit electionem ſuam per ſuos ſolennes Oratores intimare S Pontifici, & decretum electionis oſtendere &c. & per tales nuncios ſuos, cum ſpeciali mandato Electus in futurum Imperatorem exponit devotionem ſuam & reverentiam, ſeu obedientiam filialem erga S. Pôtificem & ſacram Rom. Eccleſiam, petens gratiam, & favores conſuetos, & præſtant iſti pro eo in ipſius animam juramentum fidelitatis Papæ, & Eccleſiæ, petendo unctionem & conſecrationem, *ut in d. Clem. unica, de Iureiur. & Reſtaurus Caſtaldus d. q. 17. Anaſt. Germon. tract. de ſacror. immunitatibus lib. 3. in proëmio n. 5.* Unctio autem quid differat à Conſecratione, ſi quæras, Reſpondebo; Unctionem fieri oleo ſacro, non tamen chriſmate in brachio dextro ſive humero, & in æde S Petri ad altare S. Mauritij, Conſecrationem verò ſine oleo: quippe quia S. Pontifex ſuper eum manus apponit adhibitis certis quibuſdam precibus, quibus Dei nomen, & auxilium invocatur. Quemadmodum etiam ſine oleo res quædam in Eccleſia conſecrantur. Aliter verò preſbyteri, & Epiſcopi conſecrantur. Nam presbyteri ſacrum ordinem recipiunt: Epiſcopi itidem ſacram poteſtatem certa quædam ſacramenta conferendi, quâ presbyteri carent. Sunt qui putent Imperatorem per conſecrationem ſacrum ordinem recipere, & ſubdiaconum fieri; ſed hoc falſum eſt: nam licet miniſtret Papæ ſacris operanti in veſte ſubdiaconi, non propterea eſtq; Diaconus, cùm Imperator inter Laicos reputetur, *cap. ubinam 96. diſtinctione*, nec ullum ſacrum ordinem habere poſſit vir conjugatus, *ut poſt Caſtaldum tract. de Imp. notat Azorius lib. 10. Inſt. mor. cap 8. verſ. Tertio quæritur:* Cæterum, adverte, quod ex hac unctione & coronatione reſultat confirmatio, quæ ſitne tacita, an explicata, amplius eſt diſcurrendi campus, quem ego modò ingredi nolo ob ſpinas quæ in eo diſperſæ. Solum dicam illud eſſe exploratiſſimum non ſolere Pontificem Primarias haſce Preces ante obedientiam ſibi præſtitam Cæſari indulgere, qui nec poteſt ante dictam conſecrationem aliquod privilegium concedere, niſi aliud S. D. N. videatur, *Guido Papa deciſ. 239. in ſ.* Primariæ autem Preces iccircò dicuntur, eò quòd ſemel dumtaxat,

*Imperator ante coronationem Preces non concedit. Primariæ Preces cur ſic dicantur.*

ſeu

ſeu pro prima ſaltem vice, non autem vel bis aut ſæpius uni & eidem Imperatori, in una eademque conceduntur Eccleſia, *Boët. Epo. tract. de Regal. n. 264.* A quo autem tempore cœptus ſit illarum uſus, dixi ſupra in proemio.

*Imperator dicitur Eccleſiæ filius, Advocatus ac defenſor.*

k ADVOCATUM DEVOVISTI) Imperator dicitur filius Eccleſiæ, advocatus & defenſor, *text. in cap. Venerabilem de Electio cap. convenior 23. quæſt 8* quia debet ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cujus caput eſt Chriſtus Redemptor noſter, ac Romanum Pontificem ejuſdem Redemptoris Vicarium, fervore fidei & claræ devotionis promptitudine venerari, eſſeque protector, procurator & defenſor Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus, & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo, conſervando honores, poſſeſſiones & jura ejus, quantum divino ſuffultus adjutorio potuerit ſecundum ſcire, & poſſe ſuum, ita enim jurat, & promittit Pontifici tempore coronationis ejus, ut patet in Clem. 1. *in pr. in verbo, Ego* h *Rom Rex &c. de Iureiur, Reſtaurus Caſtaldus tr. de Imp. q. 6. & q. 7* nam ante coronationem & conſecrationem quam recipit ab Eccleſia, Imperator non eſt, ſed Rex Rom. *vide d. Clem. 1. ubi gloſ. in verbo Futurus, & in verbo Reges,* ubi ſcribit quod ſi Imperator non poſſit recipere coronam in loco debito, nihilominus authoritatem adminiſtrandi recipere poteſt à Colonienſi Archiepiſcopo, quod verum, niſi ſit à Papa confirmatus *Reſtaurus quæſt. 49,* Coronatur autem Imperator triplici corona. 1. Ferreâ, idque Aquiſgrani quam recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi, 2 Argentea, quam Italiam ingreſſus recipit à Mediolanenſi Archiepiſcopo. 3. Aurea, qua per Papam Romæ in Eccleſia S. Petri ad altare S. Mauritij coronatur. Quid autem coronæ iſtæ deſignent conſule Reſtaurum *d tract. quæſt. 33. & de his quoque glo. in d. Clem. unica* Et Carolum Sigonium *lib. 7. de regno Italiæ.* Denique Azorium *lib. 10. Inſtit. moral cap. 5. verſ. quicquid ſenſerunt, part. 2.* & poſtremò Petrum Gregorij *de Rep. lib. 6. cap. 20.* Neque enim lineas quibus breve hoc ſcriptum incluſi, prætergredi volo. Tantum hic adverte, Papam iccircò narrare Imperatoris merita, quorum etiam intuitu facultatem nominandi concedit, quia virtutum præmia tribui merentibus conveniat, *ut habetur in l. fin. C. de ſtatuis & imaginibus* & labore, ac virtute ad dignitates convenit pervenire, non ambitione *l. contra. C. de re militari. libro 12. l. ſi quempiam C. de Epiſcopis & Cler. cap. ſicut 1. quæſt. 7.*

*Imperatori tres coronæ.*

*Virtutum merita tribui merentibus convenit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sectionis II. Summarium.

Conceditur ſuæ Cæſareæ Majeſtati facultas Preces Primarias porrigendi, ſeu perſonas idoneas nominandi quibuſvis Collatoribus ſeu Collatricibus, quacunque illi illæve dignitate præfulgeant ad quæcunque beneficia Eccleſiaſtica per ſacrum Romanum Imperium ubilibet conſtituta, ſive in Eccleſijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, vel alijs quibuſvis Eccleſiis, ſive beneficia ſint cum cura, ſive ſine cura, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia. Quæ tamen facultas reſtringitur primò; Dummodo dignitates in Cathedralibus, & Metropolitanis, poſt Pontificales maiores, aut Collegiatis, principales non exiſtant: Secundò dummodo ſingulæ collationes, & ſingulæ & Eccleſiæ, ex hoc ultra quam in uno beneficio non graventur. Tertiò; Et ipſi Collatores Collatrices ſaltem quatuor beneficiorum Eccleſiaſticorum habeant collationem.

## Sectio II.

*Hinc eſt quod tuæ Celſitudinis ſupplicationibus inclinati, dicta authoritate, præſentium ſerie, eidem T. C. concedimus, & indulgemus, quod ſi* a *per te quibuſvis Collatoribus, ſeu Collatricibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, & regularium, ordinum quorumcumque per S. Romanum* b *Imperium videlicet conſtitutorum, etiamſi qui, vel ſi quæ ex illis Pontificali, ſeu alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu Collegia, Capitula, & Conventus fuerint, ſuper ſingulis beneficijs Eccleſiaſticis, cum* c *cura, vel ſine cura,* d *ſecularibus vel ordinum hujuſmodi regularibus* e *in ſingulis Cathedralibus, Metropolitanis, vel Collegiatis vel alijs quibuſvis Eccleſijs, etiamſi beneficia hujuſmodi, Canonicatus, & præbendæ,* f *dignitates,* g *perſonatus,* h *adminiſtrationes, vel* i *officia in eiſdem Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis, & ipſæ præbendæ in illis, & hujuſmodi Eccleſijs, in quibus majores vel minores præbendæ eſſe noſcuntur, etiamſi majores fuerint, & ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia huiuſmodi conſueverint, qui per* k *electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum:* l *dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales* m *majores,*

*tores aut Collegiatis huiuſmodi* n *principales non exiſtant, ad eorundem Collatorum, & Collatricum* o *Collationem,* p *proviſionem,* q *præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, communiter* r *vel diviſivè pertinentibus,* s *ſingulis perſonis conferendis, ſeu ſuper hoc quod perſonæ huiuſmodi ad illa recipiantur, & admittantur, Preces porrigi, ſeu de perſonis eiſdem ad hujuſmodi beneficia nominationes fieri contigerit primarias iidem Collatores & Collatrices ( ſalvo quod ſingulæ Collationes & ſingulæ Eccleſiæ, ex hoc ultra quam in* t *uno beneficio non graventur, ac ipſi Collatores, & Collatrices ſaltem* u *quatuor beneficia Eccleſiaſtica conferre habeant) huiusmodi precibus & nominationibus parere & intendere, nec non perſonas ipſas ad huiuſmodi beneficia,* x *poſtquam ipſis de illis canonicè proviſum fuerit, juxta earundem Precum, aut nominationem tenorem, recipere, & admittere debeant & etiam teneantur.*

## SCHOLIA IN SECTIONEM II.

*Ceſſionarius Cæſaris nominat.*

*An cadat præſcriptio contra Cæſarem non utentem ſuis nominationibus.*

*Cæſar qui unum nominavit an variare poſſit?*

a QVOD SI PER TE) Hic incipit exordium conceſſionis Precum, & adverte quòd non ſolùm nominati per Cæſarem gaudent hac prærogativa Precum, ſed etiam nominati per eum cuius illud per Cæſarem ceſſum eſt. Unde nominati à Sereniſ. Electore Colonienſi Principe, & Epiſcopo noſtro clementiſſimo cenſentur nominati à Cæſare, quia nominatus de mandato alterius, cenſetur nominatus à mandante, *Feli. in repert. in verbo nominatus de mandato.* Sed an contra Cæſarem poſſit cadere præſcriptio, ſi indulto nominationum non utatur? Negativè reſpondeo, quia contra privilegium conſiſtens, in voluntate privilegiati, non currit præſcriptio, ſi non fuerit uſus privilegio, dummodo tamen alii fuerint vſi, *Cald. conſ. 1. de Preſcript. not. in c. ut privilegia. de privileg.* SECUNDO quæritur utrum Imperator qui unum nominavit, variare poſſit? & videtur quod non: nam in fortioribus terminis, ſi Papa contulerit duobus, & declaret poſtea quod intendit, & intendebat ſecundo conferre, & non primo, ea declaratione non obſtante judicabitur pro primo, *Rebuff. ad reg. 17. Cancell. de non toll. ius quæſit in pr.* Secundo facit, quod illuſio & variatio in principibus, & perſonis gravibus ut plurimum damnatur, *Clem. cum illuſio, de renunciat. Rota deciſ. 33. nu. 17. & 18. de præbend. in antiq. Io. Monac. in cap. 1. nu 21. de conceſ. præbend.* debet enim princeps eſſe conſtans & imobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in cælo, & unum duntaxat calamum, & unam linguam habere, & non plures, *Philip. Probus in Reg. Fruſtra num. 5. de reg. juris in Mart. Laudenſis Tract. de principibus q. 258.* Tertio facit, quod

Nominatio Cæſaris habet vim præſentationis vigore cujus Prælatus tenetur inſtituere præſentatum, *cap. decernimus 16 quæſt 7.* dicitur enim nominatio quædam gratia ſeu beneficium quod decet eſſe manſurum, *reg Decet, de Reg. Jur. in 6* Ideoque videtur quod Cæſar poſtquam aliquem Clericum nominavit Collatori, quod non poſſit reſilire à ſua nominatione, *ex dictis & notatis per Gl. in pragm ſanctio. tit de collatio. verbo nominare.* Pro contraria tamen ſententia non deſunt argumenta, & in primis videmus quod legatus, qui reſervavit ſibi beneficium pro certa perſona, poteſt revocare & alteri providere, *ut not. Hoſtien. in c. dilectus, de jure patron. Io. And in c. præſenti, in verbo pendente de offic. leg. in 6. Io. And. in addit ad Speculat. tit de legato. §. nunc tractemus verſ item legatus.* Secundò, quia quotieſcumque quis habet gratiam vel nominationem ſuper beneficio ſibi conferendo, per illam non quæritur nominatio, ſed ſolum habet jus implorandi officium executoris, ut ſibi provideat vel faciat ſibi provideri, *glo. in cap. veniens, de Renunciat. Innoc. in cap. litteris & in cap. Conſtitutus de Reſcript. Abb. in cap. Capitulum & ſeq. de Reſcript.* Nec videtur obſtare, quod dictum eſt, nominationem habere vim præſentationis, quia id hactenus verum eſt in beneficio vacante, & ſic de re non integra; ſecus in beneficio vacaturo, quia omnes iſtæ expectativæ ſunt odioſæ. Nec etiam obſtat quòd in Papa dictum eſt, quia ibi res deſierat eſſe integra, & alteri jus quæſitum erat: qua de re dicam adhuc infra verſ. XIII. quæritur.

*Secundo nominatus qui habet litteras expeditas, an præferatur primo litteras non habenti*

TERTIO quæritur ſi Cæſar hodie unum nominet, & cras ſecundum, qui curet ſolenni ritu litteras Cæſareas expediri, an hic ſecundus primò præferatur? Minimè, quia ſcriptura non eſt de eſſentia gratiæ, *Archid. & Io. And. in proëm. Sexti decret alium, Abb. in cap Noſti de electio.* Confirmatur, quia imperialis ſanctio non indiget ſcripto, *L. ſancimus §. exceptis C. de donatio.* Præterea quæcumque in præſentia principis diſponuntur, ſive illa ſcripta ſint, ſive non, ſervanda ſunt, *cap Inſtitutionis 25. q. 2. §. perficiuntur Inſtit. de Donatio.* Inſuper valet collatio facta de Eccleſia etiã ratione proprietatis ſine ſcriptura, ſi prius verbo conceſsit princeps & poſtea confirmat per litteras ex intervallo, unde videtur approbare & cõfirmare litteris, quod prius declaravit verbo, & ſic quod princeps donavit in continenti, etiamſi nullæ littere ſecutæ ſint, vel ſigillum appoſitum, valet collatio, *Abb. in c. cùm conveniſſent. in 2. nota de Reſtit. ſpol.* Denique facit textus in Clem Dudum §. nos idem ubi text. æquiparat privilegium, & gratiam conceſſam verbo vel ſcripto, ergo idem videtur dicendum in præſenti caſu. Poſtremò, ſi Princeps qui fecit gratiam verbo, moriatur, executio pertinebit ad illius ſucceſſorem, *cap. in litteris de Reſcriptis.* Hinc extat Regula Cancell. Rom. 9. de litteris in forma Rationi congruit expediendis, qua ius conceſſum ſupplicanti per ſignaturam Papæ non expirat ejus morte, etiamſi bullæ non fuerint expeditæ, qua de re latius ſcripſi in commmentarijs ad Regulas Cancell. quæ modò excuduntur in typographia Kinckij. In

oppoſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oppoſitum tamen militant iſta: primò, quia non habet litteras expeditas, nihil habere videtur, ſi ſolum oraculum vivæ vocis habeat: nam in conceſſione dignitatis vel officij, quam facit Princeps, debet eſſe ſacrum Principis autogrephum *L. ſacri affatus C. diverſ. Reſcript. L. probatorias, Cod. de diverſ. off.* Secundo, facit illud Baldi *in L. nec exemplo in fi. C. de probatio.* Quod Rex vel Princeps habet ſigillum authenticum cum ſcriptura ſolenni, quando aliquid confert, vel donat, ut oſtendatur potentia regis, aliàs non eſſet niſi ſcriptura privata, vel propoſitum in mente retentum, quod nihil operatur. Pro ſolutione dicendum eſt, modò jam dicta vera eſſe quoad ſubſtantiam ſeu validitatem gratiæ, ſed quoad illius probationem ſcriptura neceſſaria eſt, per not. Mohed. *deciſ. 9. nu. 1. ut lite pendente.* Rebuff. *in concordata, tit. de mandatis Apoſt. §. 1. verbo litteras, & in praxi in 2. part. ſignat. nu. 15 in pr.* Quod adeò verum eſt ut ne quidem proficiat inſcriptio in Rotulo CÆSAREO, quia ex eo non acquiritur jus in re nec ad rem, cùm ſit tantùm nuda annotatio ad Principis memoriam, ideoque ſic inſcripti, & nominati, expectantes dicuntur non proviſi, *cap. ult. de conceſſ. præbend.* Quam concluſionem etiam veram eſſe in Regaliſta ſcribit ARNULPHUS Ruzeus *in ſuo tract. Regaliorum*, ut ſi v. g. Rex hodie conferat beneficium vacans in Regalia, nec tamen expeditur proviſio ſub ſigillo regio, & nihilominus, craſtina die alteri conferat, qui habeat ſubſcriptionem Notarij, ſigillumque appenſum in diplomate, valebit prima gratia, quantumcumque non fuerit in ſcriptis redacta: nec ſigillum regis appoſitum, atque ita fuiſſe Judicatum per Arreſtum *die 3. Decemb. anno* 1390. refert idem Ruzeus.

*Vter Preciſtarum potior ſi duo concurrant de eadem temporis data.*

QUARTO quæritur, quid ſi duo de eadem temporis data concurrant, uter potior? Concluſio I. Si in una ſit dies & hora, in alia ſolùm dies, præferetur is qui habet horam: quia in temporis incertitudine is præferendus eſt, qui probat tempus præciſum & determinatum, *DD. l. de rebus C. de donat. ante nupt. Feli. cap. paſtoralis, col. 3. verſ. ratione unius horæ, de Reſcript.* SECUNDA Concluſio. In concurrentibus vigore collationis eodem tempore duobus factæ is præfertur, qui eſt in poſſeſſione, *cap. ex litteris de probat. Bart. l. 1 § non autem ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* idque niſi ex ordine ſcripturæ, qui in Cæſaris Cancellaria obſervatur, conſtet uter prius in album Præciſtarum ſit relatus, qui enim prior eſt in ſcriptura, cenſetur eſſe prior in tempore, *L. quoties C. de uſufructu. L. Servus ex his communis ff. de ſtipulat. ſervorum.* Si autem ex ordine ſcripturæ prioritas diſcerni non poſſit, conſulendus erit Cæſar, qui utramque gratiam fecit. Tertia Concluſio: Si unus ſit nominatus à Cæſare, alter ab eo cui Cæſar hac in re partes ſuas commiſit, nec conſtet de temporis prioritate,

tate, præfereturis qui à Cæſare eſt nominatus *c. ſi à ſede de præb. in 6.* Nam & in collatione Epiſcopi ac Vicarij eodem tempore facta, præfertur Epiſcopi, tanquam dignioris, *Calderinus conſ. 2. de officio Vicarij, d. cap. ſi à Sede.* Et ſicuti Papa conferendo beneficium, videtur alteri poteſtatem conferendi abſtuliſſe, *cap. ut noſtrum, ut Eccl. benef. ſine diminut. conferantur,* ita & Imperator. Papa enim & Imperator fraternizant, *ut oſtendit Eraſmus à Chokier frater meus in ſuo tract. de Iuriſdict. ordinarij in exemptos part. 4. quæſt. 13.* Quarta concluſio: Qui prius executori præſentat diploma Precum Cæſarearum, præfertur alteri cui de eadem data facta eſt collatio, *Rota deciſ. 100. Item ſi unus, in No. Feli. in d. cap. Capitulum Sanctæ crucis, de reſcript. Arnulphus Ruzæus tract. Regaliorum privilegio 46. nu. 10. in fin.* quod latius oſtendo ad Reg. XV. Cancell. *Concurrentibus in data nu. 43. & ſeqq.* Sed quid ſi Preciſta poſt acceptatum & collatum ſibi ab executore beneficium perdiderit diploma ſuarum Precum, an poſſit beneficium cum ſola collatione retinere; quo affirmativas reſpondit Feli. *in cap. in noſtra verſ. Spoliatus in fi. & ibi Ant. de But. de reſcript.* nam collatio conſervatur ſine litteris Nominationum, *per c. Cum olim. 1. de privileg. glo. in c. Sane de Renunciat.* Quinta Concluſio: Præferri debet is alteri, in cujus diplomate inſerta eſt clauſula motus proprij, *arg. cap. ſi pluribus, de præbend in 6. Ruzæus ubi ſupra nu. 12.* vel clauſula, ETIAMSI ALTERI CONTVLERIMVS: ea enim denotat gratiam alterius eſſe poſteriorem: quia cum in diverſis ſcripturis concurrit gratia & habitus, privatio ſemper præſumitur poſterior, *Bald. cap. 2. de off. deleg.* & proinde ratione juris primò quæſiti, ab eo jus tolli non poteſt *L. id quod noſtrum, ff. de Regulis Iuris.* Sexta concluſio: Si Cæſar unico verbo primarias nominationes duobus conferat, neutra collatio valet; nam ad validitatem cujuslibet actus duo requiruntur, voluntas, & poteſtas, *cap. cum ſuper Abbatia, de off. deleg. ubi Bald. & Decius facit textus in cap. adhæc, il. 1. ibi, poteſt, ſi voluerit, de appellationibus.* In Cæſare autem duobus eodem actu conferente deficit poteſtas, per Juris theoriam, ubi non aſſiſtit juris potentia, inanis eſt voluntas. *Bald. in l. nolle, ff. de acquirenda hæreditate*, ergo ſi deficit poteſtas, ſequitur nullitas, cum illa duo copulativè requirantur. Ideò neceſſariò debent ad eſſe illa duo, *Philip. Probus tractat. juris Regaliæ quæſt. 28.*

*Cæſar an ſecundum nominare poſſit, ſi Preces quoad primum non ſint ſortita effectum.*

QVINTO quæritur ſi Preces conceſſæ alicui non fuerint ſortitæ effectum, ut puta ob mortem Preciſtæ, an Cæſar poſſit alium nominare? videtur quod ſic: quia Indultum illi datum eſt contemplatione ſuæ perſonæ, aut dignitatis CÆSAREA, ideò per primam collationem poteſtas conferendi non eſt extincta, *gloſ. in pragm. ſanct. tit. de part. poſſeſſ. verbo beneficium.* Secundo, quando actus non habet effectum ſecundum intentionem diſponentis, non reſtringitur ad unum actum, ſed de ulteriori actu ſemper intelligitur, donec res ſortiatur effectum, *Bald. in L. invitus in fi. C. de procurat. Anaſtaſ.*

Germo-

*Germonius tract.de Indult.Cardin.§.volumus autem,nu.49.* ubi ex Geminia *in cap. ſi compromiſſarius, §. & idem de Electio.* ſcribit, quòd commiſſio alicui facta de providendo intelligi debeat cum effectu. Confirmatur per notata Jo. Mon. *In cap. ſicut nu.9. de verb. ſignif. in 6. quem ibi ſequuntur Io. And & Domin.* ubi ſi Epiſcopus habeat privilegium cum temporis præfinitione, ut poſſit eligere quatuor clericos ſuis obſequijs inſiſtentes, qui percipiunt fructus ſuorum beneficiorum in abſentia, illoſque eligat, demum alter eorum cedit, vel decedit, certè loco illius alium poteſt ſurrogare, *c. ſicut, §. in annos 2. reſp. ff. quib. mod. uſufructus amittatur, Staphil. tract. de prærog. expectat.* Probatur inſuper à ſimili; nam patronus laicus poteſt plures præſentare, donec actus fuerit plenè conſummatus, *Abb. in cap. quanto Col. C. de Iudic gloſ. in Clem. 1. verb. ſimul vel ſucceſſivè eodem tit.* Neque præmiſſis adverſatur, quòd omnis diſpoſitio intelligenda ſit de prima vice, *l. boves, §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif.* quia Cæſar non intendit niſi ſemel conferre, dummodo plenè & effectualiter contulerit, & hoc eſt potius accumulatio ad primum jus, quam variatio. Quæ concluſio etiam obtinet in jure Regaliæ, quo Rex Galliæ toties conferet, quoties vacaverit, donec & quouſque jus ipſum Regaliæ plenè ſit ad effectum deductum, *Arnulphus Ruzæus tract. Iuris Regaliorum privileg. 2. num. 5. & ſeqq.*

*Beneficio effecto litigioſo & poſtea per obitum Preciſta vacante an Cæſar alteri preces conferre poſſit:*

SEXTO quæritur, an ſi beneficium, ad quod Preciſta nominatus eſt, eidemque exinde collatum, fiat litigioſum, & pendente lite Preciſta moriatur, aut juri ſuo cedat, Cæſar poſſit alteri Preces conferre, ſeu alium ſurrogare? Ita videtur: argumento ducto à Regaliſtis ad Preciſtas, *Philip. Probus tract. Regal. q 30.* qui utitur hac ſi ratione: de jure enim communi videmus, quod ſi electus lite pendente moriatur, aut cedat, vel electioni non conſentiat, electio ad eligentes revertitur, *cap. 1. de reſtit. in integrum, & cap. ſi electio de electio. lib. 6.* & licèt hæc jura loquantur in electionibus, idem tamen dicendum in collationibus, *cap. 1. ut lite pendente in 6.* quia ſi pendente lite alter collitigantium moritur, collatio ad eum, qui priùs jure proprio non devoluto contulerat, revertetur: Nec refert quod iſta jura loquantur in Collatoribus Eccleſiaſticis, quia idem obſervari debet in Cæſare, qui jus ſuum metitur à Papa, *Reg. qui in alterius ff. de Reg. juris,* à cujus Indulto fit, ut beneficium ſit illi affectum, quoad uſque collatio per ipſum facta fuerit ſuum plenum & pacificum ſortita effectum, ut prædiximus. Nam alias Preciſta nunquam eſſet pacificus, quia ordinarij Collatores (qui cane peius & angue odio habent Preciſtas) moleſtias ſemper exhiberent Preciſtis non facturi ſi videant, quod ſi lite pendente moriantur, collatio precum Primariarum ad Cæſarem revertetur. Quæ etiam ratio militat in Regaliſta, ut ſi is lite pendente cedat vel decedat, Rex poſſit beneficium litigioſum conferre, nec dicetur his contuliſſe, quia hæc collatio eſt quædam ſurrogatio, quæ cenſetur eadem cum prima. Sed hoc Galli notent, quos remitto ad Philip. Probum *tract. juris Regal. q. 30.*

*Cæſar an poſſit iterum conferre ſi Preciſta gratiam non acceptaverit:*

SEPTIMO, præcedenti quæſtioni affinis eſt iſta, ſi Preciſta repudiet gratiam, an Cæſar poterit iterum conferre? Præmitto, repudiationem gratiæ fieri dupliciter, facto, & non facto: facto fit, quando Preciſta expreſſis verbis juri ſuo renunciat, non facto verò, quando ob negligentiam inducitur præſumpta renunciatio: utpote ſi intra menſem nõ acceptet, ut hic ſtatuitur, quando enim quis tenetur ad factum limitato tempore, ſi non facit, probatur negligentia, & ex ea tacita juris renuntiatio, *L. 3. §. ſi ad diem, ff. de re militari, l. 2. §. ſed ſi quis, ff. ſi quis cautio.* Quæ etiam elicitur ex eo, cum primus impetrans ſic dimittit, ut conferatur beneficium ſecundo impetranti, ita quod procedatur ad executionem illius collationis, tunc enim dicetur conſtitutus in notabili negligentia, *text. in c. tibi qui, de reſcript. in 6. in c. ſi clericus, verbo, negligenter petere diſtulerit, de præbendis in 6. Abb. & Fely. in cap. Cæterum, in cap. ad audientiam 2. & in cap. Capitulum ſanctæ crucis, de reſcriptis.* Si itaque Preciſta repudiet uno ex iſtis modo, poterit Cæſar alteri liberè conferre, & iterum ſi is repudiet alteri, donec Preces plenum ſint ſortitæ effectum, *Probus tract. juris Regal. quæſtio. 30. conferunt quæ ſcribit Simonetta de Reſervat. beneficiorum, quæſt. 58. & ibi Granut.*

*Vtrum Cæſar preces concedendo poſſit mutare naturam ſeu qualitatem beneficij:*

OCTAVO quæritur, an Cæſar Primarias Preces concedendo, poſſit immutare naturam beneficij; diſtinctione quæſtio hæc terminatur; aut enim CÆSAR confert uti patronus: aut ut non patronus: priori caſu poteſt qualitates & conditiones tempore fundationis appoſitas in totum tollere, vel ſaltem alterare, *Abb. in c. illud in ſi. de Iurepatron. gloſ. in cap. memini 18. quæſt. in verb. liberam facultatem loco religioſo, Hoſtien. tit de Iure patronat. §. qualiter transferatur, verſ. vocatione, Calder. conſ. 4. de Iure patronat.* Accedit quod favore fundatorum introductum eſt, in eorum odium non debet retorqueri, *Reg. quod in favorem, de Reg. Iur. in 6* In favorem autem eorum introductum eſt, ne quod extremis illorum elogijs ordinatum eſt, facto, & ordinatione alterius evertatur: atqui in odium fundatoris vel hæredum redundaret, ſi quod ordinarunt, mutare aut tollere non poſſent. Denique facit quod Hoſtien. ſcribit *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitut.* quod ſola authoritas & conſenſus fundatoris vel ejus hæredis ſufficit ad hoc, ut tollatur natura, & conditio aut inſtitutio in ipſa fundatione appoſita: cui adſtipulatur Abbas, & Imo. dicentes, quòd ſi in inſtitutione beneficij collatio eſt facienda Presbytero, poteſt cum licentia patroni ſuper hoc diſpenſari. *Idem Abb in cap. fin. de Clericis non reſiden.* Nec obſtat ſi dicatur qualitatem illam, puta Theologalis præbendæ, vel aliam extingui, quia ſuſpenditur dumtaxat ad tempus: nam prima poſtea vacans extra Indultum Primariarum Precum debebit Theologo aſſignari, & idem dic in ſacerdotali, per *not. Philip. Probi, tract regal quæſt. 21. num. 3.* Secundo verò caſu dicendum eſt, Cæſarem jus iam acquiſitum Eccleſiæ tollere non poſſe, eſſet enim ſpecies alienationis, *Abb. in cap. cum dilectus, de conſuet.* Accedit quod limitata poteſtas tranſit cum ſuo onere; *cap. ex litteris de pignoribus.* Hinc ſcribit Panor. *in cap. ne*

pro

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*pro defectu, & in cap. cum Magiſtrum, de electionibus*, quod tenetur providere ſecundum qualificationem, qua tenebatur collator ille ſuperior, ad quem fit poteſtatis devolutio, *gloſ in pragm. ſanctio. in §. quod ſi quis, in verbo ad proximum ſuperiorem, tit. de collationibus*; ubi dicit quod quando devoluitur poteſtas alicui, tenetur providere hominibus illius qualitatis, ſecundum naturam inſtitutionis beneficij. Poſtremò faciunt Notata Baldi *in L ſi quis ad declarandum, Col 3. C. de Epiſcopis, & Clericis,* quod ubicumque diſpoſitio teſtatoris eſt certa, reſpectu cauſæ, perſonæ & loci; nunquam poteſt alterari, *ut eſt textus expreſſus in Clem. quia contigit, de religioſis domibus, Arnulphus Ruzæus tract. juris regaliorum, privilegio 49. num. 11.*

NONO Quæritur, an Cæſar Nominationibus poſſit apponere conditionem; Videtur quòd non; quia inferiores Collatores debent beneficia conferre purè, *DD. L. fin. C. de pactis, cap. quæſitum, de rerum permut. cap. 2 de Electio. in 6.* quod hactenus verum eſt, niſi adjiciatur conditio, quæ de jure ineſt, *Abb. in cap. relatum, de præbend. & in capite olim 1. de reſtitut. ſpol.* Hinc dicit Baldus *in cap. ſignificaſti, de præbend.* quod ſi Epiſcopus contulit unam Eccleſiam curatam ſub conditione ſi reſignaverit primam, ſubſiſtat talis collatio, quia hæc conditio tacitè ineſt, *cap. de multa, de præbend.*

*Cæſar an poſſit nominationibus apponere conditionem.*

DECIMO quæritur an ſi Preciſta ſit nominatus ad ſimplex beneficium, poſſit illud acceptare ſi fuerit erectum in curatum? Oldrad. *conſi. 58.* & Ancho. *in Clem. Vnica, nu. 37. de Conceſſ. præben.* reſponderunt negativè: quia omnis diſpoſitio intelligenda eſt rebus ſic ſtantibus, *L. continuus, §. cum quis, ff de Verb. oblig. L, cum quis, de Solutio. L. quod Servius ibi glo. de Condit. & demonſtr. Dec. conſ. 335. nu. 3. Alex. conſ. 71. nu 8 lib. 5 Pariſ. conſ. 34. num. 13. lib. 2.* Ego tamen aliud ſentio, cùm Indultum noſtrum comprehendat etiam beneficia curata: in quo eſt etiam attendenda obſervantia: Facit deciſ. Rotæ *Apud Illuſtr. Cardinal. Seraphinum de anno 1601. Mercurij 5. Decemb.* in qua fuit dictum quod per mutationem non extinguitur privilegium quod eſt compatibile cum ſtatu immutato; ſecus ſi ſit incompatibile: & in his terminis procedit regula illa, quod diſpoſitio illa intelligitur rebus ſic ſtantibus.

*An ſi Preciſta ſit nominatus ad aliquod beneficium ſimplex, poſſit illud acceptare ſi ſit erectum in curatum.*

VNDECIMO Quæritur, an Preciſta ultra Cæſaris Nominationem, nova opus habeat collatione ſeu inſtitutione ab Ordinario beneficij Collatore; Pro cujus reſolutione primò ſciendum, Beneficium Eccleſiaſticum non poſſe licitè obtineri ſine canonica inſtitutione, ut habet juris Regula, Canonica autem inſtitutio ea appellatur, in qua omnia ſubſtantialia validæ inſtitutionis largo modo ſumptæ concurrunt, id eſt collatio, inveſtitura & in poſſeſſionem inductio, & decens perſonæ habilitas, tam ex parte conferentis, quàm ex parte illius, in quem collatio facta eſt.

*Vtrum Preciſta nova opus habeat collatione ſeu inſtitutione.*

Verùm in ſubjecta materia inſtitutio accipitur pro receptione, & admiſſione juris alicujus collativa, quæ fit ad præſentationem Precum Cæſarearum,

& hæc receptio trahit ſecum canonicam inſtitutionem, & effectum poſſeſſionis juris, nec alia ulterius indiget alicuius opera vel gratia, niſi ad actum poſſeſſionis corporalis, in qua tantùm conſiſtit executio facti, *Rota deciſ. 441. fuit dubitatum, alias 16. de conceſſ. præbend. VVameſ. conſ. 247. num. 27. de præbend.*

Quæ ſanè interpretatio egregiè fulcitur verbis Indulti Pontificii in ſectione II. in fin. ibi: NEC NON PERSONAS AD HVIVSMODI BENEFICIA POSTQVAM ILLIS IPSIS CANONICE PROVISVM FVERIT JVXTA EARVNDEM PRECVM AVT NOMINATIONVM TENOREM RECIPERE ET ADMITTERE DEBEANT ET ETIAM TENEANTVR. Ex quibus verbis non obſcurè patet mentem fuiſſe Sereniſſimi, ut demum ordinarii beneficiorum, ad quæ per Cæſarem nominari quem contigerit, demum teneri recipere, poſtquam canonicè illis proviſum fuerit. Quod habet ſummam æquitatem. Neque enim laici, quantacumque dignitate præfulgeant, ius habent inſtituendi, nec mittendi falcem in meſſem miniſtrorum Chriſti, *cap. ſi quis deinceps, 16. quæſt. 7. cap. quiſquis, cap. Meſſana de electio. Rebuff. ad concord. tit. de collatio §. 1. verb. Prædicationis actum.* Hic autem inſtitutionis actus per Epiſcopum ſeu alium ordinarium Collatorem non per litteras miſſivas fieri debebit, ſed per litteras patentes, quæ faciunt fidem in iudicio, non etiam litteræ miſſivæ, *Io. And. poſt Hoſtien. in c. patentibus litteris, nu. 1. not. 1. de privileg. & ibi Anto. de But. nu 7. cap. 1. ibi, per eius patentes litteras de tempore ord. text. in cap. 2. de off. ordin. Rota deciſ. 20. in antiq. Caput aquen. deciſ. 360. nu. 6. ibi, in certis litteris parentibus, parte 2.* Quod intellige, quando litteræ clauſæ non apparent authenticæ, ut quia remotum vel fractum eſt ſigillum, alias ſecus, *arg. cap. inter dilectos, §. præterea, de exceſſ. Prælat. cap. cum olim 2. de off. deleg.* Tamen melius eſt, ut litteræ patentes conficiantur, cùm litteræ clauſæ hoc habeant inconveniens, quod ſigillum de facili rumpitur, removetur, ſeu frangitur tempore apertionis, ut dicunt Hoſtienſ. & Anto. de But. *in d. c. patentibus litteris.* Sed quid ſi Ordinarius recuſet inſtituere? Preciſta tanquam ad ſacram anchoram confugiet, ad Executorem per Cæſarem datum, qui vel eum inſtituet inducendo illum in poſſeſſionem intra menſis ſpacium, quòd inductio in poſſeſſionem habeat vim proviſionis, *teſte Staphil. de litt. grat. tit. de vi & effectu clau. verſ. ſexto quæritur, Rota deciſ. 441. incip. fuit dubitatū,* vel ordinarium per cenſuras compellet, ut habetur in Indulto Sectio. IV. ibi: *Conferre & aßignare, nec non omnia & ſingula quæ ad hoc, ut Precum ſeu Nominationum & acceptationum & collationum huiuſmodi ſuccedant effectus oportuna fuerunt facere authoritate noſtra, per cenſuram Eccleſiaſticam exequi poßint: & valeant &c.*

DUODECIMO QUÆRITUR, an Imperator ante confirmationem à Papa poſſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſit Preces Primarias concedere ? quæſtionem hanc malo proponere, quàm decidere. Videatur Cardinalis Tuſchus *tract. com. concluſ. tom. 4. concluſ. 39. per tot. Azorius lib. 10. Inſt. moral.*

DECIMO TERTIO quæritur, an Cæſaris Preces quandoque evaneſcant? Ita, & quidem ex parte Cæſaris, ut ſi Papa privilegium ſeu facultatem illi conceſſam revocet: Papa enim poteſt revocare omnia privilegia conceſſa Principibus ſecularibus, etiam non ſubjectis, quando Papa conceſſit eis Eccleſiaſtica vel ſpiritualia, quia quoad conceſſa, ſunt effecti ſubditi Papæ, *Geminia, conſ 74. num. 10. & ſeq.* maximè quando ſunt quæſita ex præſcriptione, *Natta conſ. 511. & 512. per tot. Ant Gabriel. lib. 3. commu. concluſ. tit. de Iure quæſito non tollendo, Card. Tuſchus tract com. concluſ. iuris concluſ. 761. in fi. cap. pen. de præbend in 6 cap. ult. de conceſſ. præbend. Hippol. de Marſilÿs ſing. 166. verbo Inconſtantia.* Quod hactenus intelligo, dummodo ſubſit cauſſa: nam quando Princeps benemerito donat, ſeu aliquid concedit, ut facit Cæſari, non debet facultas huiuſmodi ſeu donatio ab ipſo auferri ſine cauſſa; ut multis auctoritatibus probat Mandoſ. *ad Reg. xi. Cancell. nu. 7.* Ex parte Preciſtæ, ſi is ſuis nominationibus renuntiaverit, *v Rebuff. quæſt. ult, n 17 in tract nominat.*

*An Cæſaris Preces aliquando evaneſcant.*

DECIMO QUARTO quæritur, an Cæſaris Preces capiant beneficia vacantia ob crimen? diſtinguo, aut ſunt beneficia vacantia ipſo iure, nimirum propter crimen aſſaſinij, hæreſis, ſimoniæ & aliorum (de quibus ſigillatim ſcripſi ad Reg VIII. Cancell. 7. glo.) quæ inducunt vacationem ipſo jure, & dubium non eſt, quin ejuſmodi beneficia vacantia ſub Precibus Cæſareis comprehendantur, etiamſi ſint illa S. ſedi reſervata: quia Pontifex in ſuo Indulto Cæſarie conceſſo, reſervat tantum ſibi beneficia vacantia per conſtitutionem extravag. ad Regimen In quo tamen notes quod etiamſi eiuſmodi beneficia vacent ipſo iure, poſſintque Preciſtis conferri non expectata ſententia, nec vocato poſſeſſore, non poterit tamen collatio de facto exequi, nec Preciſta in poſſeſſionem realem induci, niſi prius vocato, & audito poſſeſſore, & cauſſa cognita, *c. Licet Epiſcopus de præbend. in 6. Oldrad conſil. 226. de toto, Baldus conſ. 135 lib. 4. Carolus M. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. glo 3. nu. 12. Geminia. ad cap. 1. nu 9. de conceſſ. præbend.* aut ſunt beneficia, quæ non vacant ipſo iure, ſed per ſententiam, ut homicidæ, periuri, irregularis &c. & horum beneficia non debentur Preciſtis, niſi lata privationis ſententia, *Milis in repert. verb. Homicida* ubi dicit, quòd irregularis non poteſt de novo beneficium acquirere ſine diſpenſatione, ſed priùs quæſita retinet, donec privetur per ſententiam, ut declarat Jo. And, *in cap. cum noſtris de conceſſ. præbend.* & interim poterit ſi velit reſignare, ut eſt communis ſententia, quam explico in Regul. Cancel. de Surrog. Collitig.

*Vtrum Cæſaris preces capiant beneficia vacantia propter crimen.*

*Preciſta factus crimino-ſus an a-lias Pre-ces à Cæ-ſare im-petrare po-eſſit;*

Verùm è diverſo quæritur, ſi Preciſta fiat inhabilis,vel irregularis, aut crimen commiſit,quod privationem inducit ipſo iure, ſicque nominatione ſua exciderit,an is poſtea alias Preces à Cæſare impetrare poterit? Pro negativa facit quod ſi rurſum admittatur, ludibrio erit prior privatio, *c. commiſſa,de Electio.in 6.Clem.ne in agro,§.cæterum,de ſtatu Monach. L.prætor,ff. de Iudic.* Nihilominus affirmativa verior eſt,probaturq; argumento à contrario ſenſu:nam ſi quis fuerit adeptus ſecundum beneficium incompatibile cum primo, ipſo iure eſt privatus primo,ad quod redire non poteſt ſine nova collatione, *Extravag.execrabilis, §. ſtatuimus, de præb.* ergò à contrario ſenſu cum nova collatione redire poterit,*per c.2.de renunciat.* atque ita pari ratione poterit alias novas Preces impetrare, earumque vigore beneficium obtinere.

*An Cæſar Preciſta contrahenti matrimoniũ poſſit alterum ſurrogare;*

DECIMO QVINTO quæritur,ſi Preciſta contrahat matrimonium,aut ſponſalia de præſenti,quo caſu Preciſta ſuis cenſetur renunciate Precibus,*gl.& DD. in c. uno. de cler.coniug. in 6.* an Cæſar poſſit huic alterum ſurrogare? Ita videtur:quia quamdiu Preces non ſunt ſortitæ effectum, Jus nominandi Cæſari competens non cenſetur extinctum,per ea quæ ſupra oſtendi *in glo. verb.quod ſi per te verſ. quinto quæritur.* Ad quid ſi contraxerit matrimonium & non tenuerit? dicendum Preciſtam non excidere ſuis Precibus per Reg.non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum,*de Reg.Iur.in 6.* Imò, qui impetravit primam vacaturam,& interim uxorem duxerit, poterit nihilominus ſi tempore vacantis præbendæ uxor ſit mortua, primam vacaturam obtinere,verba ſunt Angeli *in §.1.n.1.inſt. Quibus mod. ius pat. poteſt ſol.* In quo tamen ego ſubſiſto. Cæterum quod dixi in caſum matrimonii poſſe Cæſarem Preciſtæ alterum ſurrogare: Extende 1. ſi Preciſta ſuis Precibus renunciaverit,quia poteſt quis privilegio in ſuum favorem introducto renunciare, *L.ſi quis in conſcribendo,C.de Epiſcopis & Clericis,cap.ſi diligenti,de foro competenti*; idque ſive expreſsè,ſive tacitè,quia hoc caſu tantum operatur tacitum,ſicut expreſſum,*arg.L.cum quid,ff.ſi certum petatur,& ibi latè Iaſ.* eoq; caſu alterum,ſurrogabit,*per prædicta.* Tacitè autem cenſetur renunciare, ſi Preciſta efficiatur miles;qui enim arma militaria exercet,perdit privilegium Clericorum: quia facit actum contrarium clericatui,*Innoc. in cap.1 in Audientia,de ſentent. excom.* Imò perdit beneficium ſi quod habet, *Flami. Pariſ. de Reſig.benef. lib 1.quæſt.1. n.22.* & ita in terminis decidit Senatus Sabaudiæ apud Ant Fabrum *l 1.defin. for.tit,3.deſ.25.* Idemque dicendum de milite cœleſtis militæ: unde ſi Preciſta cucullam monaſticam ſumat,profeſſionemque emittat, cadit iure Precum,*Probus tract. iuris Regalium quæſt.6.* poteſtque denuo Cæſar alium in eius locum ſorrogare, *iuribus dictis.*

DECIMO SEXTO quæritur, an Cæſareæ Preces ſint iuris favorabilis, vel odioſi. Pro affirmativa facit quod pontifex motus fuit ob favorem, & me-

rita

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tita Cæſaris ; ut enim ſciatur an actus ſit favorabilis, vel odioſus, inſpiciendum ſemper eſt an agens motus fuerit ob favorem, vel odium; *Bald. in L. 1. Col. 10. verſ. ſed hic quæro de effectu, C. de ſum. Trinit. Bart. L. Exceptionem, ff. de cond. indebit.* Regulariterque leges, ſtatuta, privilegia, Indulta cenſentur favorabilia vel odioſa ex principali intentione concedentium. *Bald conſ. 433. Domina Ioanna, Col. 2. lib. 3. & in l. venia, C. de in jus vocand. Milis in repertorio, verb. Lex dicitur favorabilis.* Denique privilegia Principum latè ſunt interpretanda, *L. ult. ff. de conſtit princip. ubi DD.* Nominationes autem ſeu Preces Primariæ ſunt ad inſtar privilegij, *Rebuff. ad Concordata, tit. de collatio §. movemus, verbo declaramus.* Verius tamen eſt Preces has Cæſareas eſſe juris odioſi, & proinde reſtringendas; Ratio eſt, quia recedunt à jure communi: Imperator enim jure communi jus beneficia conferendi, aut ad ea nominandi jure proprio non habet, ſed ex privilegio, *Selva de beneſ.* omne autem privilegium contra jus commune ſtrictè intelligi debet, & interpretari, *c. porrò de privileg. in 6. Card. Tuſchus tom. 6 practic concl. concl. 731.* & omnis receſſus à jure communi eſt odioſus atque reſtringendus, *Abb. in cap. cum dilectus, de conſuet. cap. 1. & 2. de filijs Presbyt. cap. quæ à jure communi, de Reg. juris in 6. L. quòd vero, ff. de Legibus:* Ideoque Reſcripta, Privilegia, Gratia Pontificum, in quantum à iure communi recedunt, juris ſunt odioſi, & reſtringenda, *late Fely. c. cauſſam quæ, de Reſcript. Io Bapt. Leonellius, de ſurrept Reſcript. quæſt. 3. art 7. Tyraq. de Retract. conſang. §. 1. glo. 9. nu. 180. & latiſſimè §. 35. glo. 1. Rebuff in praxi beneſ. part. 1. tit. Differentia inter privilegium & Reſcriptum, nu. 23. in fi.* Non obſtant in contrarium adducta: Et quidem primum. Licet enim Preces conceſſę ſint in favorem Imperatorum, tamen cùm concurrat etiam præiudicium ordinariorum, cenſeri debent odioſæ, quia cùm in aliqua diſpoſitione concurrit favor, & odium, ea debet ſimpliciter cenſeri odioſa, *Io. And. in c. ult. glo. 5. ubi Anchor. dominic. Franc. nu 6. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. Bald. L. 1. col. 1. verſ. Item nota quod privilegium, ff. de conſtitut. Princip. Milis in repert. verb. lex dicitur favorabilis, & verſ. privilegium ſi in uno.* Sed nec ſecundum obſtat: Privilegia enim admittunt interpretationem extenſivam reſpectu concedentis, *Abb. in cap. olim, nu. 7. de verb. ſignif Iaſon. & DD. l. beneficium. ff. de conſtit. Caſtren. L. 2. C. de in ius voc. ubi etiam DD. Milis in repertor. ver. privilegium Principis contra eum:* Non etiam contra tertium, cui præter iuris communis diſpoſitionem adverſantur DD. iam citati omnis enim à iure communi receſſus eſt odioſus, & reſtringendus, *§. 1. & 2. ubi DD. de filijs Presbyt. in 6. Abb. d. c. olim, nu. 3. de verb. ſignif. latè Tiraq. de retract. conſang in præfat. nu. 67.* Confirmatur: quia Cæſaris hac in re poteſtas eſt extraordinaria, & ideò ad inſtar Juriſdictionis demandatæ odioſa & reſtringenda. *Navar. conſ. 3. de off. de leg. glo. in Clem. 2. de off. ordin. Guitier. ad Pragm. ſanctio. titulo de collationibus, §. & quia, glo. verbi formam.*

*An Preces ſint juris favorabilis vel odioſi?*

DECI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DECIMO SEPTIMO quæritur, an Cæſar Primarias Preces alicui conceſſas poſſit revocare; diſtinguo, aut jus eſt quæſitum Preciſtæ, & non poteſt, quia licèt Princeps poſſit revocare ſine cauſſa ſuum privilegium, *Fely. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 55. verſic. ſecundo confirmatur, de conſtitut.* tamen quando Princeps alicui benemerito donat vel concedit (ut facit Preciſtis) non debet facultas hujuſmodi ſeu donatio auferri ſine cauſſa ab ipſo, *text. in L. Aquilius, & in L. ſi pater in fi. ff. de donat. Baldus in L. quæ ex relationibus 3. not. C. de leg. Alex. conſ. 10. viſis nu. 1. lib. & conſ 116. lib. 2. Afflict. deciſ 128. nu. 10. Curt. iun. conſ. 174. in cauſſa vertente nu. 24. Dec. conſ. 286. In cauſſa communitatis col. 3. nu. 7.* Aut jus non eſt quæſitum Preciſtæ, ſed tantum nomen eius in albo ſeu Rotulo Cæſaris deſcriptum eſt, & tum haud dubium, quin Cæſar poſſit revocare. Neque enim per Inſcriptionem in Rotulo ius aliquod in re, ſeu ad rem acquiritur, ſed eſt tantum nuda annotatio ad Principis memoriam, non ex tempore inſcriptionis iuris alicuius conceſſio, ideoque ſic inſcripti, & nominati expectantes dicuntur, non proviſi, *cap. ult. de conceſſ. præb.* ſed in ſuſpenſo hærentes quorum ius non eſt irrevocabile, ſed conditionale, *VVameſ. conſ. 263. nu. 2. & 4. qua de re adhuc ſupra egi, verſic. Tertiò quæritur.*

*Cæſari per Imperium Preces conceduntur:*

b PER SACRVM ROMANVM IMPERIVM) Imperatori Preces tantum conceduntur per Imperium, quia per illud ſuperioritatem habet, non autem in aliis regnis, aut terræ dominiis, *Navarrus in Rub. de Iudic. nota. 3. nu 156.* ubi reprobat illud Imperatoris Antonini: Ego Dominus mundi, *de quo in l. deprecatio, 9 ff. ad l. Rhod. de iactu.* Dubitari interim poteſt ſi Collator ſeu Collatrix, utpotè Abbas vel Epiſcopus, aut Abbatiſſa non ſit incola Germaniæ, ſeu Imperii & habeat quatuor beneficia in Imperio, ut hic poſtea ſtatuitur, an gravari precibus poſſit? Pro affirmativa facit quòd S. Pontifex gravet indiſtinctè Ordinarios habentes collationem quatuor beneficiorum per S. Rom. Imperium conſtitutorum, & ſic non tam reſpexit Pontifex domicilium Collatoris, quam locum, ubi beneficia conſtituta ſunt, quod & in Nominationibus Univerſitatum obtinere ſcribit Rebuff. *tract nominat. quæſt 15. nu. 56.* & ideò, inquit, non curo, ubi ſit Collator, dummodo beneficia in regno ſita ſint, tendant ergo retia ſua nominati, id eſt, nominationes ſuas etiam extra regnū dum tamen modò beneficia in regno ſita ſint. Quo exemplo dici poteſt, legatum à latere in Germania exiſtentem poſſe conferre beneficia ſita in Germania etiam ſi collatores eſſent in Francia, aut Hiſpania, non enim attenditur perſona Prælati ad quem ſpectat collatio beneficij, ſed locus, ubi ſitum eſt beneficium, *Mohedanus deciſ. 3. de præbend.* ubi fuit reſolutum beneficium conſiſtens extra Franciam cadere ſub concordatis Franciæ, quando collator eſt Abbas unius Monaſterij de Francia, *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſſ. 10. nu. 30.* Hinc fit ut ſi quis impetraverit à Cæſare gratiam expectativam, ſeu Preces ad collationem Abbatis certi loci, qui ante vacationem alicuius be-

*Quid ſi collator non ſit incola Germaniæ & Beneficia ſint in Germania, an illa Precibus afficiantur?*

neficij

PRIVILEGIA REGULARIUM ET COMMENTARIA IN REGULAS CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ
G III 8
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

neficij Abbatiam cum Epiſcopatu aut alia dignitate permutavit, is beneficium ejuſmodi, quod vacabit, poſt permutationem alio Abbate conſtituto, acceptare poterit: nimirum, quia hujuſmodi preces, & nominationes non tam Prælatis, hoc eſt, perſonis, quarum nomina, & conditiones ignorantur, & quorum nullus eſt reſpectus, dum nomine proprio non appellantur, quaſi ipſis Prælaturis fiunt, quæ non intermoriuntur, & ex perſonis ſubſtantiam omnino non capiunt. *Cynus in l. unica, C. ſi commu. res pign. data ſu. VVameſ. conſ. 259. volum. 1* Ex quibus efficio, quòd Preces Imper. non capiant beneficia extra Imperium ſita: cùm indultum ad ea non extendatur, etiamſi beneficia ijs annexa, eſſent in Imperio, nam poſtquam principale eſt extra Imperium, illius acceſſorium non debetur Preciſtis in vim Cæſareæ nominationis, *Rom. conſ. 361. incip. In caſu*, ubi concludit Legatum Franciæ poſſe conferre beneficia in Francia ſita, etiamſi collatores eſſent in Hiſpania, *adde Chaſſan. ad conſuet. Burg. Rub deſcenſes §. 1. gloſ. retinue, nu. 6*. Et uſque adeò non debentur beneficia ſita extra Imperium Preciſtis, ut etiamſi illorum collatio jure devoluto, ad Epiſcopum vel Archiepiſcopum in Imperio exiſtentem perveniret, nihilomagis ejuſmodi beneficia illis affecta eſſent, *Chaſſan. in Catal. conſiderat. 32. parte* 10. qui tamen relinquit cogitandum, quia prima cauſſa inſpicitur, *Clem. 1. de ſupplend negl. Prælator*. Ego tamen non deberi puto, tum quia ipſum Indultum eſt limitatum ad beneficia in Imperio exiſtentia, ergò limitatum habet effectum, ut non poſſit Preces alia afficere, juxta vulgarem iuris doctrinam, Limitata cauſſa limitatum producit effectum *l. in agris, ff. de acq. rer. Dom. l. age, ubi Baldus & Sali in l. ſi de certa. C. de tranſ.* & quæ limitata ſunt, non debent extendi, *Bald. in l. modus, C. de ſervit. & aqua*, tum quia privilegium ſuos non egreditur terminos, *Bart. in l. poſt dotem, col. pen. ff. ſolut. mat. Alex. conſ. 9 viſo themate vol. 3.* Hinc fit, ut legatus non poſſit conferre beneficia extra provinciam vacantia, etiam devoluta ad Prælatum ſuæ Provinciæ, *Brunell. tract. de poteſt. Legati, concluſ. 19. declar. 2. Philippus Probus tract. Iuris Regal. quæſt. 14 nu. 6* Cæterùm, quemadmodum Preces non capiunt beneficia extra Imperium exiſtentia, ita etiam operæ eſſet pretium, ut illę non denter niſi Germanis, & Incolis Germaniæ; nam ut ſcribit Panor. *in cap. ad decorem, de Inſtit.* valdè honeſtum & fructuoſum eſt, ut quiſque in patria ſua beneficium accipiat, ſic quod unus ſtipendia, aut beneficia alterius non occuparet, quia per hoc non daretur materia depauperandi beneficia, ut ille loquitur, cùm faciliùs Patriotæ, aut conterranei, quàm exteri ad reſidentiam inducantur, quia patria unicuique eſt dulciſſima, *l. qui habebat, de leg. 3. l. 1. ad ſi ff. de off præſ. urb.* Accedat, quod exteri in fundationibus, erectionibus, & donationibus piorum locorum Imperij, manus adjutrices non porrexerunt, aut aliquid erogaverunt, ideò rationi congruit, ut nihil in iis percipiant, aut ſaltem ſi admittantur, incolæ & patriotæ exteris non poſtponantur, ut etiam oſtendit

*Preces non capiunt beneficia extra Imperium ſita.*

*Etiamſi iure devoluto pervenirent ad ſuperiorem in Imperio exiſtentem.*

*Laudabile eſt beneficia patriotis conferri.*

Philip. Probus *tract. juris regalium quæſt.35 per tot.* Hinc Baldus prodidit *in cap, cum terra col.2.de Electio.* quod ſtatutum valet, quo diſponitur non valere beneficiorum collationes niſi compatriotis, & ita ſervatur in multis Brabantię, Hiſpaniæ, Galliæ, & Belgij pronuntijs, licet in hac patria Leodienſi omnes admittantur, quia ut paradiſus eſt omnibus nationibus communis: ita patria iſta quæ jam à 600. & amplius annis Clericorum paradiſus dicitur, omnes exæquo admittit, ſecuta illud Apoſtoli: IN VERITATE COMPERI, QVIA NON EST APUD DEUM PERSONARUM ACCEPTIO, SED IN OMNI GENDE, QVI FACIT JUSTITIAM ACCEPTUS EST ILLI. *Actor.10.*

*Exteri conſilijs Principiũ arcendi.*

Exteri tamen à conſilijs Principum arcentur, ijs de cauſſis, quas lib.3. politic. Aphoriſ. protuli, exemplisque firmavi, etſi hæc ipſa ætas aliorum exemplis minus egeat, ut quæ proh dolor, à paucis annis nimio jam plura produxerit.

c SVPER SINGVLIS BENEFICIIS ECCLESIASTICIS) *Hic* deſignantur beneficia, quæ Precibus afficiuntur: quæ autem non afficiuntur, ex illis facilè intelligis: cognito enim uno contrariorum, cognoſcitur & alterum, *l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Nihilominus compendij cauſa ſigillatim illa referam.

*Beneficia quæ precibus non ſunt affecta.*

I. BENEFICIA Juriſpatronatus Laici, ut infra noto, verbo præſentationem.

II. OFFICIA quæ cadunt in Laicum, ut infra dicam in verbo, *officia.*

III. Non comprehenduntur hoſpitalia, *Clem. per litteras, de præbend.* quia non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, licet ſint religioſa, *Clem. quia, de religioſis Dom. Rebuff. tract. nominat. q.15 nu.12.* niſi tamen ſint in titulum & in perpetuum, quia tunc Precibus & nominationibus afficerentur, cum ſint beneficia, *Selua de benef.2 part.quæſt.11.nu 13.in fi. Gomeſ. ad Reg. de Triennali.q 7.* vel niſi eſſent unita alicui beneficia Eccleſiaſtico, *Sel.q.4.n.9.* & idem dicendum in leproſarijs, & matricularijs, *Philip. Probus tract. Regalium q.9.nu.10.* ut & de eleemoſynarijs, *Rebuff.d q.15.nu 16.*

IV. Non venient ſub Precibus, & alijs expectativis manualia beneficia & ad nutum amovibilia, *Staphil. de litt.grat.tit. nova forma expect nu.29. VVameſ. conſ.231.nu 9.de præbend.*

V. Beneficia ſervitoria, in quibus eſt annexum onus canendi in choro, vel canendi miſſam &c. *Staphil. de litt grat.tit. de lit.grat.§. quinta forma expectat. num.6.*

VI. Non comprehenduntur ſub precibus beneficia, quæ dantur ſcholaribus ratione ſtudij in aliqua univerſitate: cum non ſint perpetua, ut ſunt bene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficia Eccleſiaſtica, *cap. præcepta* 55. *diſtinct.* niſi tamen dentur in titulum, *Rebuff. d. q.* 15. *nu.* 22.

VIII. Non cadunt ſub Precibus beneficia vacantia ex cauſa permutationis, vel reſignationis ſimplicis, *textus in cap. licet, in tua, & ibi Boet. Epo de rer. permut. in* 6. *Geminia. conſ.* 104. *Staphil. de lit grat de variis mod. vacat. nu.* 20. *Rebuff d q* 15. *nu.* 64. *Flam. Pariſ. de Reſignat. benef. lib.* 1. *q.* 4. *nu.* 28. quod intellige ſi fiat reſignatio in manibus Papæ: ſi enim fieret in manibus Ordinarij aliqua ex cauſſis, conſtit. 58, Pij V. quæ incipit, Quanta Eccleſiæ &c. expreſſis, liberè, ac ſimpliciter, hoc eſt, non ad favorem alicujus, tunc beneficia caderent ſub precibus, licèt forte alias beneficium foret reſervatum, modò ipſa reſignatio potuerit fieri in manibus Ordinarij, ut puta ſi facienda ſit ratione incompatibilitatis duorum Canonicatuum, *Alex. Monet. tract. de Opt. can. c.* 3. *q.* 5. *nu.* 127. *ſub fin. pag* 269. affertur & alia ratio, quod vera non dicatur vacatio, niſi ea quæ evenit per mortem naturalem, *Bald. in l qui ſit. ff. ſol. matr. glo. ad Pragm. ſanct.* § *Item quod omnia gloſ. verbi, facienda, tit. de collatio.* & ideo fit, quod beneficia vacantia etiam per ſimplicem reſignationem in favorem tertij non veniant ſub Nominationibus, aut precibus Cæſareis. *Arnulphus Ruzæus tract regal quæſt.* 44. Limita niſi permutatio fieret in fraudem v. g. ſi ſenex in infirmitate permutet cum nepote pingue beneficium, cum tenui, talem enim permutationem nullam declaravit Pius IV. *in conſtit. publicata anno* 1564. *Ianuarij* 27 & ſenatus Pariſien. ad paponem *lib.* 2. *arreſt. tit.* 7 *arreſto.* 1, qua de re plura ſcripſi in tractat. permut. *part.* 3. *cap.* 1. *per tot.*

XI. Nec beneficia creata poſt PRECES CÆSAREAS, *VVameſ. conſ* 242. *num.* 4. *de præbend.* Si enim PAPA concedat alicui, ut conferat primum beneficium vacaturum, non poterit conferre beneficium de novo creatum. *Collecta in cap. in noſtra Col. de Reſcript. Rebuff d. quæſt* 15 *num.* 44. In oppoſitum tamen facit, quod ſatis ſit, quod beneficia reperiantur tempore vacationis in eo ſtatu, quo ſunt alia beneficia Cæſari jure Precum affecta: ratio eſt, quia in beneficialibus inſpiciendus eſt ſtatus præſens, *cap. cum de beneficio, de præbend. in* 6. *cap. eum cui, eodem, Abb. in cap. dilectus. col. de præbend.* Magis tamen placet prior ſententia, tum quia non erat intentio Cæſaris, *cap. Mandatu, de reſcript. cap cum in illis, de præbend. in* 6. tum quia fundatores à fundationibus beneficiorum arcerentur, ſi ſimul atque creata eſſent deberentur: præterquam quod non erant beneficia tempore datæ Precum, ideóque non entis nullæ ſunt qualitates, & qualitas adjuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l. in delictis.* §. 1. *ff. de noxal.* Accedit quod conceſſio Precum ſit odioſa & reſtringenda, ut pote in odium ordinarium, *Caſſad. deciſ.* 8. *de conceſſ. præbend.* qua de re latius infra, verſ. XVI. quæritur.

X. Quæritur quid in beneficijs tempore datæ Precum ſuppreſſis; verbi gratia, ſi in Indulto Papæ ſex Canonicatus, & præbendæ primo vacaturæ intra ſexennium, ſunt affectæ, ſeu applicatæ Fabricæ, aut menſæ Epiſcopali, ad dictum, aut aliud tempus, annexæ, an Preces capiant primam vacaturam? Ita videtur, ſed Preciſta habebit expectare donec tempus Indulti finitum ſit, ut aſſequatur præbendam, *per not. Barb in cap. cùm acceſſiſſent, num 89. verſ. circa iſtud, de conſtitut.* Licet enim ſit ſuppreſſa præbenda, non tamen canonicatus.

XI. Non comprehenduntur ſub Precibus beneficia ſpectantia ad collationem duorum, ſi uni tantùm Preces decretæ ſint, *cap. cum in illis. §. ſi. de prebend in 6. Rota deciſ. 271. Nota glo. in antiq. Rebuff. de nominat. quæſt. 15. num. 45.*

XII. Sed an comprehendantur beneficia monocularia; utpote ſi alicui competat unius dumtaxat beneficij collatio, an tali caſu unicum iſtud, ſeu monoculum beneficium comprehendatur ſub Precibus; dicam infra in gloſ verb, *ſaltem quatuor*, ejuſmodi monocularia non comprehendi.

XIII. Quæritur, an matricularia & inferiora hujuſmodi beneficia comprehendantur ſub diſpoſitione Precum; videntur comprehendi, quia beneficiorum appellatione veniunt majora & minora. *Selua de benef. part. 2. quæſt. 3. cap cùm adhoc, de Clericis non reſiden.* quod intelligo dummodo dentur in titulum *Arnulph. tract. juris regal. privileg. 15 num. 5. Philip. Probus eodem tract. quæſtio. 9.*

XIV. Non comprehenduntur beneficia ſita extra Germaniam, ut ſupra oſtendi.

XV. Non comprehenduntur Vicariæ temporales; licet in perpetuis ſecus ſit, *Clem. una, de off. Vicar.*

XVI. Sub Precibus non comprehenduntur penſiones, quia cum perſona habentis extinguuntur, niſi ſint datæ in titulum. *Gomeſ. ad reg. de Annali quæſt. 20.*

XVII. Precibus non afficiuntur beneficia de menſa, qualia ſunt quæ perpetuò incorporata ſunt menſæ Epiſcopali, aut capitulari, ſeu Abbatiali, ut noto ad Reg. VIII. Cancell *gloſ. 11. n 16.*

XVIII. Nec beneficia exempta, quæ nec cadunt ſub expectativis, *Gomeſ. ad Reg de infirmis quæſt 5.*

XIX. Nec beneficia commendata, ſecundum opinionem Gaſpar. de Peruſio *tract. de reſervat.* quam refert Gomeſ. *ad Reg. de triennali quæſt. 5.*

(CUM CURA) Hoc exprimitur, quia alias non veniret beneficium curatum, *cap. cùm in illis, de præbend, in 6.* ubi quando mandatur provideri de

bene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficio, non comprehenditur curatum: quod limita, niſi illud eſſet præbendæ annexum, *arg cap. ſuper eo, de præbend. in 6. Staphil. de litt grat tit. de nova forma expect.* & etiam in materia favorabili non venit beneficium curatum, niſi exprimatur, ut ſi Papa det poteſtatem conferendi beneficia, non veniret curatum, niſi expreſſum ſit, *Card. in cap In noſtra. quæſt. 4. de Reſcript.* Porrò, ut dicatur beneficium curatum, ſeu Eccleſia Parochialis, inter alia ſubſtantialia hæc requirit GONZALES *ad Reg.* VIII, *gloſ. 65.* poteſtatem fori pœnitentialis, id eſt, poteſtatem ligandi, & ſolvendi, quæ non cadit niſi in Sacerdotem, *c. In novo, 21. diſtinct.* idque ex neceſſitate, ratione oneris ipſi impoſita *gloſ. in Clem. dudum, verbo, Impediant, de ſepult ibi Abb. & Author. Rota in una Civitaten. Decimarum 6 Feb.* 1480. *coram Illuſtriſſimo Mantica.* Secundo requiritur ut beneficium curatum ſit perpetuum. *Io. And. in cap deliberatione, num. 1. verbo Prælationis, de off. leg. in 6.* Tertio; ut ſit certa parochia, & locus certis finibus, & limitibus conſtitutus, ac deſignatus, in quo populus alicui Eccleſiæ deputatus degit, *c. Eccleſias 14. q. 1 in pr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c 13 ſub fin. ibi, Parochialis Eccleſiæ certos fines &c* Nam talis Eccleſiæ rector dicitur populum regere, *cap. 1. de capell. monach.* Nam alioqui Archidiaconi, Abbates, & ſimiles habent curam animarum, & non dicuntur curati. *Anaſt. Germon. tract. de Indult. Card. §. ac beneficia nu. 43. & ſeqq.* Quartò requiritur, ut Rector Eccleſiæ curatæ exerceat curam nomine ſuo, non alieno, *c. extirpandæ. §. qui vero, de præbend.* Quintò ut Rector Eccleſię parochialis ſit unicus & non plures *c. in apibus. 7 q. 1. cap. ſicut una, 22. q. 2.* ſed unum tantummodo habeat Sacerdotem *Oldrad. conſ. 67. incip quæſt talis eſt, nu 1. Staphil de litt. grat. tit. de ſtatu, & qualitate beneſ.* Ex his efficitur, quod quamvis fons Baptiſmalis deficeret, non propterea deſineret cura, quia ex actu baptizandi non infertur cura, cùm baptiſma etiam à muliere & laico exerceri poſſit, *cap. ad lumina. 30. q. 1.* Idemque dicendum quoad ſepulturam & actum ſepeliendi, ut & quoad perceptionem decimarum, quæ ſingula latius explicata habes apud Gonzales *ad d. Reg. glo. 6. nu. 34. & ſeqq.* Ad rem noſtram quod attinet adverte, quòd qui obtinet beneficia curata vigore Precum, non aliter inſtitui debere quàm præceſſerit examen, & fuerint ab ijſdem locorum Ordinarijs reperti idonei, *Concil. Trid ſeſſ. 7. c. 13. & ſeſſ. 18. c.* 18. Nam periculoſum inexperto committere curam animarum, *cap. cum ſit, de ætate & qualitat. fac. quod not. in cap. ſi forte, de electionibus in 6. Guimer. ad Pragmat. ſanctio. tit de collat. folio 94. col. 4.*

*Requiſita ad beneficium curatum.*

d SECULARIBUS VEL ORD. HUIUSMODI REGULARIBUS) Secularia ergo beneficia, & regularia Precibus ſunt affecta; de ſecularibus dubitari non poterat, etſi pleraque exiſtis etiam Precibus non comprehendantur, ut oſtendimus ſupra, in verbo *ſuper ſingulis beneficijs*, & iſta ſecularia beneficia ſunt

*Secularia & Regularia ſub Precibus comprehenduntur.*

ſunt in multiplici differentia. Nam præter ſummas illas dignitates Cardinalatus, Patriarchatus, Primatiatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias ſeculares, & alias minoris notæ dignitates, ut Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus ſive Cantoria, Sacriſtia, Theſauraria, Præpoſitura, Prioratus ſecularis, officium & perſonatus, Eccleſia parochialis, Vicariæ perpetuæ, ſunt beneficia ſecularia ſine adminiſtratione, ut Canonicatus ſecularis, Præſtimonia, Capellaniæ, altaria, Hoſpitalia: quæ autem ex illis ſub Nominationibus primarijs comprehendantur, textus Indulti ſatis indicat, & nos oſtendimus loco præcitato Verum de Regularibus poterat dubitari an Preces illa caperent: cum videamus hujuſmodi beneficia per gratias expectativas acceptari non poſſe, ſed regularibus eſſe affecta, *cap. cum de beneficio, de Præbend. in 6.* Ideò in generali reſervatione beneficiorum, non cenſentur reſervata beneficia regularia, niſi ſpecialiter exprimantur, *Gaſpar de Peruſio de Reſervat. cap. 2. num. 12. AEneas de Falcon. Tract. de Reſervat. quæſt. 4. num. 29. Gomeſ. tract. de Expectativis num. 94. verſ. & ex iſtis poteſt inferri.* Regulare autem beneficium dicitur, quod regularibus conferri conſuevit, vel ex ipſa fundatione, ſi illa lex per fundatorem data eſt; vel ſi de origine fundationis non conſtat, ex longæva poſſeſſione & inde cauſata præſcriptione quadraginta vel plurium annorum, *Rota deciſ. 487. Nota quod impetranti, quæ eſt 22 tit de Probatio.* quod latiſſimè à Felyno *in cap. in noſtra. num. 42. & 46. de Reſcript.* & Philippo Probo *in cap de beneficio, de Præbend. in 6.* tractatum eſt, & deciſum. Licet itaque hujuſmodi beneficia regularia regularibus conferantur, ut dictum eſt, non propterea deſinent comprehendi ſub Precibus, dummodo acceptentur à capaci, ut ex Rebuffo *tract. Nominat. quæſt. 15. num. 21.* ſcripſit Gonzales *ad Reg. VIII. Cancell. glo. 8. nu. 26. & 27.* Regularia autem beneficia bifariam dicuntur: alia enim ſunt quæ adminiſtrationem habent, ut Abbatia regularis, *cap. quanto in fi. de off. ord.* officium, *cap. cum ſingula de præbend. in 6.* Prioratus conventuales, *Clem. ne in agro, §. ceterum, de ſtatu Monach.* alia ſunt beneficia ſimplicia, ut prioratus ſimplex, Monachatus & Canonicatus Regularis. Si enim ſimplici onere gravantur, *cap. quod Dei timorem, cap. fin. de ſtatu Monach.* de quibus præter Io. Seluam *tract. de Beneſ. part. 1. quæſt. 2. nu. 78.* vide Gonzales *ad Reg. VIII. gl. 8. nu. 112. & ſeqq.* Sed hæc à re noſtra longius videri poſſunt abeſſe, & raro ter uſu venire, iccircò miſſa illa faciamus, & ad textus noſtri explicationem redeamus.

*Regularia beneficia non cadunt ſub Expectativis.*

*Beneficia Eccl: Cathedrali.*

e IN SINGVLIS CATHEDRALIBVS ETIAM METROPOLITANIS) Iccirco includuntur beneficia Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitanarum, quia regulariter in diſpoſitione generali non comprehendun-

tur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur beneficia dictarum Eccleſiarum niſi ſit de iis ſpecifica facta mentio, *cap. quamvis §. quanquam de præbend. in 6.* Dicitur autem Eccleſia Cathedralis Epiſcopalis, quæ ob honorem Cathedræ Cathedralis appellatur, quia ibi Cathedra Epiſcopalis, & ſedes ſita eſt, *Archidiaconus in cap. ſtatutum col. 1. de Reſcript. in 6. Hoſtien. & alij in cap. ne pro defectu, de electio.* Metropolitana verò Eccleſia dicitur Archiepiſcopalis *l. una, & ibi DD. C. de Metro. Beryto. lib.* 11. *cap. ut litigantes, de off. ordin* & exprimitur hic Metropolitana, quia in materia odioſa, appellatione Cathedralis non venit Metropolitana, licet ſit Cathedralis. Unde illegitimus ut poſſit etiam in Cathedrali habere beneficia, non poterit habere in Metropolitana, *Io. Monach. & alij in cap. quamvis 1. in fi. de præbend. in 6. Rebuff. tract. de collat. §. 1. in pr.* Porrò privilegia Archiepiſcoporum, quæ ſunt viginti quatuor; qui volet videre, conſulat Ruzæum *tract. de præeminentia,* quem citat Rebuff. *ad concordata Rub. de collatio verbo Archiepiſcopalis.*

*...m & Metrop. ſub Precibus Caſ comprehenduntur.*

f DIGNITATES) Ideò exprimuntur, quia in materia ambitioſa, & reſtringibili appellatione beneficij non veniunt dignitates, *cap. quamvis de præbend. in 6.* Imò ſic concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcumque alia non includeretur dignitatis curata *Clem. ne in agro, §. cæterum, de ſtatu monachor. Rebuſ. in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis verſ. aut Dignitates, & in Concordata in forma mandati Apoſtolici, in gloſ. verbi, aut dignitate.* Facultas enim conferendi derogans poteſtati Ordinarii eſt odioſa, & propterea reſtringenda, *ut ſupra diximus, & notat gloſ. Imo Petrus de Anchar. 4. c. 2. de off. ordin. in 6.* Hinc neceſſaria fuit expreſſio dignitatum in hoc Indulto, ut Preciſtis afficerentur. In patria tamen & Diocœſi Leodienſ Preces non capiunt dignitates eas, quæ ex conſuetudine, ac potius Indulto Eugenij IV. & Sixti IV. debentur Canonicis præbendatis Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, *Selva tract. de benef. 3. part. q. 49. Io. Benedicti in cap. Raynutius verbo, ſi abſque, 1. num. 10. in Subſtit. fideicom. te teſtamen.* Extra caſum tamen conſuetudinis vel indulti deberentur Preciſtis, quod intellige, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales majores, aut in Collegiatis principales non exiſtant, ut ſtatim in Indulto ſubjicitur.

*Preces capiunt dignitates.*

*Secus in Diœceſi Leodien.*

g PERSONATVS) Perſonatus eſt honor & præeminentia in Eccleſia abſq; adminiſtratione *Coraſ. de benef. part. 4. cap. 3. num. 7. Flam. Pariſ. de Reſignat. benef. cap 1, nu. 91.* licet propriè non ſit dignitas, *conſ. 105. incip. in Eccleſia, col. 2.* niſi ex fundatione, ſtatuto, vel conſuetudine talis habeatur. *VVameſ 257. num. 5.* Hinc ſtatutum loquens de perſonatu, non complectitur dignitatem. Idem in litteris ad beneficia, ut ſi quis impetret

*Perſonatus quid.*

impetret perſonatum, non poſſit ſibi provideri de dignitate cum adminiſtratione vel Iuriſdictione *arg. c. quamvis, de præbend. in 6. Staphil. de litt. grat. tit. de modo, & forma impet. num. 5.*

*Preces capiunt administrationes.*

h ADMINISTRATIONES) Intellige Eccleſiaſticas, quæ erectæ ſunt authoritate Epiſcopi, & in titulos creatæ, quippe quæ cadunt ſub Precibus, Nominationibus, & reſervationibus etiam Apoſtolicis, cùm ſint Eccleſiaſtica beneficia *glo. in Clem. fin. verbo beneficiorum, de decimis, Salva de beneficio part. 1. q. 3. nu. 29. Rebuff. in praxi tit ſeculare beneficium quotuplex nu. 15. Gomeſ. ad reg. de Infirmis q. 23.* & hæc dictio largè ſumpta comprehendit Prioratus, qui nominatis, & Graduatis, ſi tempore præſtituto vacent, debentur, *text. in Clem. 1. & ibi Card. de Reſcript. & in c. 2. de ætate, & qualitate*, dummodo non ſint conventuales, niſi alioqui commendatus, ſeu nominatus eſſet qualificatus, *Staphil. de litt. grat tit. de Octava forma expectat. nu. 7.* Adverte tamen, quod ſi ejuſmodi adminiſtrationes eſſent de jure patronatus laici, vel mixto, non caderent ſub Precibus ſeu reſervationibus Apoſtolicis, per ea quæ infra dicam, verbo *Præſentationem*

*Preces quæ officia capiant.*

i OFFICIA) Intellige etiam Eccleſiaſtica, quæ ſunt verè & propriè beneficia, prout ſunt theſauraria, Sacriſtia, Primiceriatus, Archipresbyteratus, Cantoria, quæ officia ſunt aliqua præeminentia, & honore, licet in hoc attendenda ſit conſuetudo, quia illa cenſenda dignitas, quæ ex conſuetudine talis habetur, *Panor. in cap. de multa de præbend. Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. nu. 86. & in tractatu nominat q. 15. nu 12.* Et hæc officia ſunt verè Eccleſiaſtica, *cap 1. cùm vero, de conceſſ. præbend. c. cùm acceſſiſſent, verſ quocirca, de conſtitut. Clem. 1 verbo officia, de regular. Pavinus tract. de off. & poteſt. cap. ſede vacante 2 prælat. num. 8. verſ. Tertio modo, Hoieda de incompatibil. beneſ. 1. parte nu 3. cap. 8 & cap. 16. num. 1. Rebuſ. d loco*, ubi tradit differentiam inter dignitatem, perſonatum, & officium. In his igitur officiis cadunt Preces; nam ex quo hic agitur de clericis, præſumitur mandari de officio Eccleſiaſtico, *Feli in c. In noſtra, coroll 22. de Reſcript.*

*Beneficia electiva quæ dicãtur, & an ea cadant ſub Precibus.*

k PER ELECTIONEM) Propriè hic dicuntur beneficia electiva, quando in iis proceditur per electionem, quæ requirit confirmationem ſuperioris, *per gloſ. in Clem. quia contingit verbo electionem, de rel. dom. Feli. in c. In noſtra, coroll. 32. de Reſcript. Anaſt. Germon tract. de Indult. card. §. ac beneficia nu. 23.* nam ſunt alia beneficia, quæ dantur per viam electionis, nec tamen exquirunt confirmationem, & dicuntur potius collativa, *Rebuff. tract. Nominat. q. 15 nu 32,* licet iſta dici potius debeant mixtũ beneficia, ut quæ participent de electione, & collatione; nam mixta eſt quod ex duobus ſapit extremis. *L. Imperium, ibi DD ff. de iuriſdict. omnium Iud.* Prioris igitur generis beneficia electiva cadunt ſub Precibus Cæſareis, ut in textu hic, quæ etiam neceſſario hic exprimi debuerunt,

cum

cum clauſula *ad collationem, proviſionem præſentationem, inſtitutionem*, *ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim ſpectantia*, non includat beneficia electiva, *Clemen. 1. de præbend. Anaſt. Germon. tract. de Indult. Card. §. ac beneficia num.* 2. Hinc etiam Cardinalium Indulta habentia clauſulam *ad collationem &c.* capiunt beneficia electiva, quamvis expreſſa mentio de illis non fiat, *Put. deciſ.* 160. *nu.* 2. *lib.* 3. *Achilles de Graſsis, deciſ.* 10. *de privileg. Gonzales ad Reg.* VIII. *Cancellariæ gloſ.* 19. *num.* 3. Verùm in hac civitate & Diocœſi Leodienſi Preces non afficiunt beneficia & dignitates Electivas ob conſtitutiones Pij II. de data 1558. Sixti. IV. de Anno 1479. quæ confirmant aliam conſtitutionem Eugenij IV. de data 1432. quoad liberam electionem dignitatum, & beneficiorũ in Civitate, & Diocœſi Leodienſi exiſtentium, ut & Julij III. de Anno 1544. quibus accedunt Privilegia & Indulta Maximiliani Imperatoris de anno 1518. & Caroli V. de data anno 1554. ſucceſſivè edita, & promulgata, confirmantia dictas Pij, Eugenij & Sixti conſtitutiones: & ſic per clauſulam derogatoriam concordatorum, quibus etiam in hac patria facultas relinquitur eligendi, huic Indulto inſertam, non poteſt cenſeri ſublatum jus electionis ante dicta concordata, per dictas Pontificum conſtitutiones conceſſum: nam vincula plura ſunt unò fortiora, & exiſtentibus pluribus impedimentis uno ſublato, aliud remanet, *L. ſi Domus tua*, 20. *ff. de ſervit urb. præd. Navar. conſ.* 16. *&* 17. *de Reſcript. Gonzales ad Reg.* VIII. *Cancell. Glo.* 12. *nu* 94. *&* 95.

*Preciſta non obtinent beneficia electiva in patria Leod.*

l DUMMODO) Hæc dictio modum inducit, non conditionem, ita ut, ſi quis vigore Precum acceptaret dignitatem majorem poſt Pontificalem hæc acceptatio ipſo jure non caderet, ſed reſolvenda eſſet, *VVameſ. conſ.* 279. *nu.* 5. *in fi. vol.* 1 *plura de hac voce vide Baldum in cap. dudum* 2. *coroll.* 6. *num.* 27. *de electio, & de iſta clauſula*: DUMMODO DIGNITATES IPSÆ IN CATHEDRALIBUS, &c. vide Fely. *in cap. In Noſtra. nu.* 15. *de Reſcript.* Gomeſ. *tract. de Expectativis ante nu.* 62.

*Potentia vocis Dummodo.*

m POST PONTIFICALES MAJORES) Quomodo cognoſcatur iſta majoritas, tradit Card. *in conſ.* 30. *col.* 3. *verſ. Idem eſt dare*, & Alphonſ. Sotto *ad Reg.* 3. *Cancell. ubi vide ſi lubet, quæ ibi noto*, Mandoſ. *ad d.* 3. *Reg. Cancell. quæſt.* 4. *per tot.* Adverte autem quòd dignitas major poſt Pontificalem non venit in gratia ad dignitates, ut præter Ægidium Bellam. *deciſ.* 698. ſcripſit Gonzales *ad Reg. Cancell.* VIII. *glo* 9. §. 1. *nu.* 20. Hinc in facultate, quam daret Papa conferendi etiam reſervata qualiacumque, adhuc non veniret dignitas major poſt Pontificalem, *Gomeſ. tract. de grat. Expect. nu* 45. ubi ſcribit, quod ſi Papa dat litteras expectativas, litteræ ad illas non extenduntur, quæ poſt Pontificales, majores cenſentur, quod & probat Anaſt. Germon. *tract. de Indult. Card. §. ac irritum, num.* 50. Ex quibus videtur quòd neceſſaria non fuerit dignitatum harum hoc loco exceptio; Veruntamen ambiguitatis tollendæ

*Dignitas major poſt Pontificalem qui cognoſcatur.*

cauſſa hic expreſſæ fuerunt. Nam in litteris Apoſtolicis omnia clara eſſe debent, *cap. quam gravi, de crim falſi.*

n AUT COLLEGIATIS PRINCIPALES) Quæ principalis dicatur in collegiata, vide Alphonſum Sotto *ad Reg. 3. Cancel. & ſi lubitum eſt, ea quæ ibi ſcripſi*, alijq́ue ſupra memorati conſulantur.

o COLLATIONEM, PROVISIONEM) Iſta verba ſolent apponi in omnibus litteris expectativis, *juxta cap. cum in illis, de præbend. in 6.* alias litteræ, eſſent de falſo ſuſpectæ, *Staphil. de litt. grat. & iuſt. in 4. form.* Licet ſint qui putent appellatione collationis contineri præſentationem, electionem, inſtitutionem, & confirmationem, *Io And. in cap. Ex tenore, de conceſſ. præbend Clem. unica, ibi DD. de conceſſ. præbend.* cui opinioni adverſatur cap. in illis §. cùm autem de præbend. in 6. verùm prima opinio habet locum, quando verbum collatio profertur à lege, in qua non datur ambitio. Secus enim in reſcript. Principis, quæ tanquam ambitioſa ſunt reſtingenda, cap. quamvis de præbend. in 6. gloſ. d. Clem. unica, Gonzales ad regulam de alternativa glo. 16.

*Poteſtas dictionis Proviſio.*

p PROVISIONEM) Hæc vox latius patet quam collatio, de qua in ſuperiori gloſſemate, cùm contineat omnes modus per quos providetur Eccleſiæ, videlicet nominationem, poſtulationem, electionem, præſentationem, confirmationem, inſtitutionem & collationem, *glo. in Clem. ſi. verbo, proviſioni, de electio. Clem. auditor, de Reſcript.* quæ licet loquatur de proviſione, procedit tamen in præſentatione ſeu inſtitutione, *Rota deciſ 212. in fin no, Bellam. deciſ. 621.* ſic etiam verbum, DISPOSITIONIS, de qua hic infra, ibi, QVAMVIS ALIAM DISPOSITIONEM, latiſſimum eſt, *cap. cum in illis §. illis vero, ibi DD. de præbend. in 6. Clem. unica, ibi gloſ. verbo, diſpoſitionem de ſupplend. neglig. Prælator. Gemini. conſ. 65 incip. circa primum in principio, verſ. verbum diſpoſitiones,* maximè propter dictionem generalem additam dicto verbo, Et ALIAM. *Geminia. conſ 15. incip. ſuper primo. nu. 3.*

*Quæ beneficia Iuris patronatus ſubiaceant Precibus.*

q PRÆSENTATIONEM) Hic dubitari poteſt, an quia jus iſtud nominandi Cæſari conceſſum, latiſſimè pateat, utpote ob illius in Eccleſiam benemerita, & favorem perſonarum, comprehendi videantur beneficia Juris patronatus? quæ quæſtio hac diſtinctione decidi poteſt: aut loquimur de Jure patronatus Laico, vel mixto, aut Eccleſiaſtico: ſi de Laico loquimur, jus iſtud nominandi, ſeu Preces porrigendi ad illud non extendetur. Inprimis, quia noſter textus *ſupra initio* §. 2 loquitur de perſonis in qualibet dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutis, ergo ſecus eſt in profana, *Rebuſſ. tract. Nominat. quæſt. 8 n 34. & ſeq.* Nã licet Põtificia Indulta, etiã quibus pręgnãtiſſimę derogatorię & derogatoriarũ derogatorię clauſulę inſertę ſint, nõ cẽſeatur derogatũ ordinationi, & juri fũdatoris, adeoq; virtute nominationũ acceptari poſsũt beneficia, quæ pertinent ad jus patronatus alicujus, *cap. 2. de præbend. in 6. cap. cum dilectus de ju-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de iurepatron.* id tamen generaliter verum non eſt, ſed obtinet tantùm in fundationibus, & jure patronatus Laicorum, non etiam Eccleſiaſticorum, videlicet, quando ex bonis Eccleſiæ beneficium fundatur, dotatur, aut à Laico dotatur Eccleſiæ, *iuxta gloſ. in Clem. 2. verbo præſentare, de iure patronat. cap. dilectus 6. ubi glo. de off. Legat. Rochus de Curte de iure patron. verb. ius, q. 7. Rebuff. de nominat. q. 8.* Nam in hoc iure patronatus Eccleſiaſtico, obtinent nominationes, & regulæ reſervatoriæ Cancellariæ, & in eo conveniunt omnes, *VVameſ. conſ. 252. nu. 11. vel 1. Ill.mus. Card.lis. Seraphinus, deciſ.* 1420. *num* 2. *Mandoſ. ad Reg.* 1. *Cancellariæ, q. 10. nu. 5. DD in d. cap. cum dilectus.* Ratio diverſitatis eſt, quod non facilè ſed Apoſtolica velit alteri jus ſuum auferre, vel illi in aliquo derogare, ne forte Laici à ſuis fundationibus pijs, quarum occaſione plerumque jus patronatus habent, deterreantur. *Feli. in tract. quando litteræ Apoſtolicæ derog. iuri patronatus, limit. 3. VVameſ. conſ 255 nu.* 13. *vol.* 1 & ideo generalis diſpoſitio non trahitur ad beneficia patronata Laicorum. *Lapus alleg. 96 incip beneficia vacantia. Rochus de Curte de Iurepatron. verbo Honorificum, num.* 22. quod ſecus in jure patronatus Eccleſiaſtico, quia in eo ceſſat prædicta ratio, & facilè præjudicatur d juri, *Æneas de Falcon. de reſervat, q. 4 principali effectu* 14 *Caſſad. deciſ. 4. num 2. de jure patron. Covarr. cap. 36 pract. quæſtio. num.* 5. Nec refert quòd ſummus Pontifex in ſuo Indulto permittit Cæſari nominationem beneficiorum ad præſentationem quorumcumque collatorum: quia per hoc non cenſetur derogaſſe juri patronatus Laico, et ſi derogaſſet, ejuſmodi derogatio non efficeret jus patronatus illuſtrium perſonarum, quæ habent plerumque collationem quatuor, & amplius beneficiorum, ut hic diſponitur, nam in his ſpecifica & determinata eſſe debet Papæ derogatio, ut diximus ad Reg. Cancell. 40. de derog, juris patron. nu. 17. Nam generalis diſpoſitio non extenditur ad caſus privilegiatos aut ſpeciali nota dignos, *ut notat Eraſmus à Chokier frater meus in ſuo tract. de Iuriſd. Ordinarij in exemptos.* Verum, quid in tertia juris patronatus ſpecie? videlicet mixto, hoc eſt, partim Laico, partim mixto, an cadat ſub diſpoſitione huius indulti? videtur opinio negativa probabilior: nam in favorabilibus potius eſt attendenda qualitas Laicalis, ne Laicus propter Clericum perdat ſuum privilegium, hoc enim æquum eſt, quod in re individua non patiatur quis præjudicium ratione ſocietatis, quæ illi cum altero communis eſt, *Rebuff. tract. nominat. q.* 15. *num.* 6. & idcirco poteſt Papa conferre beneficium juris patronatus Laici, & Eccleſiaſtici ſimul: quod non poſſet, ſi eſſet jus patronatus merè Laicum. *Rochus de Iure pat. in verbo, Ius. nu.* 23. *citat Rotam deciſ.* 21. *incip. Papa, de conceſs. præbend. in antiq. Philip. Probus tract iuris Regaliorum, q. 12. nu.* 19. Itaque caſus Juriſpatronatus mixti non veniret ſub diſpoſitione hujus Indulti, quod limita, primò, quan-

do Laicus patronus habet majorem , vel ſaltem æqualem partem vocum in dicto Jurepatronatus mixto; nam ſi pars vocum patroni Eccleſiaſtici eſſet major, & præponderaret vocibus Laicorum, veluti ſi jus patronatus ad unum Laicum, & ad duos Clericos ſpectaret, vel ſi ad Decanum alicujus Eccleſiæ, & ad Priorem monaſterii, & ad paſtorem Laicum certi loci, tunc attēdetur major pars prædominans: cùm ſemper à potentiori fiat denominatio, *Gonzales ad Reg. VIII. Cancell. glo. 18. nu. 15. L. quæritur, ff. de ſtatu hominum, Iaſon. in L. in pr. nu. 21. de verbor. oblig. Gambarus de off. & poteſt. Legati lib. 3. num. 368. verſ. fallit tamen, Covar. d. c. 36. num. 5.* Limita ſecundò, quando Juſpatronatus mixtum, imò etiam Laicum ſolùm competit ex fundatione, conſtructione, ſeu dotatione vel donatione facta ab habente illud ex aliquo ex prædictis titulis. Nam reliqui patronatus competentes ex præſcriptione, conſuetudine, vel privilegio, aut uſurpatione, aliove quocunq; modo, non prodeſſent ad reſervationem Pontificiam *Gonzales d. glo. 18. nu. 18.* & ex conſequenti ad Indultum iſtud, quo datur Cæſari facultas nominandi &c. quia Ceſſionarius jure cedentis uti debet; juribus vulgaribns

*Preces afficiunt beneficia nedum ad collationē Capituli, ſed etiam ſingulorū de Capitulo.*

r COMMUNITER VEL DIVISIM) Et ſic Preces iſtæ primariæ non tantùm afficiunt beneficia, quorum collatio ſpectat ad Capitula, ſed etiam ad ſingulos de Capitulo, qui ſunt Ordinarij, *c. fin. de præb. in 6. VVameſ. conſ. 220. n. 3* ubi ſcribit, quod expectativa ad collationem capituli conceſſa, extenditur ad Turnarij collationem, *Rota deciſ. 4. & 16. de conceſſ. præbend.* Quod extende etiamſi non conferat vice capituli, ſed ut antiquior Canonicus, vel ſi collatio ſpectet ad plures, aut ad duos ſeniores ſacerdotes, aut Diaconos &c. quia ratione canonicatus de Capitulo ſunt, *Abb. in cap. per illorum, de præbend. in gloſſ. ult. per cap. eam te, de Reſcript. in 6.* licet aliud ſit, ſi canonicus conferat jure ſpeciali, ut pote ratione dignitatis, aut alia, non tamen vice Capituli; tum enim Preces Capitulo directæ, etiam cum clauſula iſta: CONIUNCTIM VEL DIVISIM, non aſtringunt illum ſingularem canonicum, *glo. & DD. in d. c. fi. Rota deciſ. 49 incip. in diocœſi, de conceſſ. præbend. in antiq. Gonzales ad d. Reg. 82. glo. 9. §. 1. num. 18.* quia non intendit Papa gravare alteram dignitatem extra Capitulum, *c. cum in illis, §. ſi verò. de præb. in 6.* Hinc fit, ut ſoleant dirigi Preces & nominationes Decano, & Capitulo ſingulisque Canonicis, & perſonis Eccleſiæ, & dignitatibus, aut etiam Præpoſito & Capitulo: quod intellige quādo iſtæ perſonæ ſunt Capituli capita, *d. c. eam te, & cap. ex parte Decani de reſcript.* Adverte tamen quòd ſi collatio ſpectet communiter ad Epiſcopum ſeu Prælatum & Capitulum, Preceſque Cæſareæ inſinuentur ſoli Prælato, afficient etiam Capitulum, cui non fuit facta inſinuatio, *Rebuff. tract. nominat. q. 14. nu 80. & privileg. 106. nu. 34. Guimer. ad Pragm. ſanctio. tit. de collatio, §. ſtatuit, verbo ſpectat.*

s SIN-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

s SINGULIS PERSONIS ) Sed an cæci, ſurdi, muti, aut aliqua parte corporis vitiati, ſint capaces iſtarum Primariis Precibus;? & videntur eſſe, quia ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in rem actio.* Hic caſus tamen diſtinctionem recipit: Nam aut agitur de acceptando beneficio, quod habet aliquem ordinem annexum actu, vel in proxima potentia, veluti intra annum, aut de beneficio, quod non habet ordinem annexum: priori articulo, dubium non eſt, quin ſint incapaces Precibus tales perſonæ: quia inhabilis ad ordines, inhabilis quoq; eſt ad beneficium, & qui repellitur ab ordine ſuſcipiendo, etiam repellitur à beneficio obtinendo. *Maiol. tract. de Irregul. lib. 1. cap. 20.* Cæcus autem repellitur ab ordine ſuſcipiendo & beneficio obtinendo, *Maiol. d. c. 10.* Idem de ſurdo, *Maiol. lib. 1. cap. 25.* Similiter de muto, *Maiol. d. lib. 1. cap. 26.* Secundo autem caſu videtur illos eſſe capaces, dummodo non ſint beneficia curam animarum requirentia, accedente Pontificis diſpenſatione, neque enim alius ſuper irregularitate, quæ ex corporis vitio naſcitur, diſpenſat; *Covar. in Relectio. cap. ſi furioſus, 1. parte in initio.* Cæterùm, ſi corpore vitiati ſint diſpenſati ſimpliciter ad ordines, non videntur diſpenſati ad beneficium, niſi fortaſſis ſimplex: diſpenſatuſque ad beneficium ſimplex non erit diſpenſatus ad beneficium curatum, aut requirens perſonalem reſidentiam, *Burgaſ. tract de irregul. parte 2. tit. de Interpret. exten. & reſtrict. diſpenſ. Covar. de ſponſal. & matrim. 2. part. cap. 7. §. 8. num. 6.* Ex quo fit, ut Præciſtæ corpore vitia, beneficia vigore Precum citra diſpenſationem acceptare non poſſint. Neque obſtare Indulti textum ſimpliciter, & indefinitè loqui, ibi PERSONIS SINGULIS, quia reſtringendæ ſunt ad habiles, *arg. text. cum glo in l. in provinciali, §. final cum l. ſeqq ff de No. operis, nunciat.* ubi dicitur omnes cives admitti ad nunciandum novum opus in publico, quia reip. intereſt, & tamen ad idoneos reſtringitur, *ut ibi per glo. Cagnol. ad Reg. Servus Reip. ff. de reg. iur.*

*Cæci, ſurdi, muti an ſint capaces iſtis Precibus?*

r IN VNO BENEFICIO) Neque enim Papa intendit eundem collatorem pluribus beneficiis gravare, niſi aliud exprimat, *cap Mandatum, de reſcript.* & ideò ſi nominatus ad primam præbendam, negligit illam petere, extincta erit illius gratia, *cap. ſi Clericus, cum ibi, not de præbend. in 6. Staphil. de lit. grat. tit. de Sexta forma expectat.* Et locus erit ſecundæ expectativæ. Ideo executor ſecundi Impetrantis poterit monere primum, ut faciat ſibi provideri, præfigẽdo eidem tempus competens, quo elapſo poterit ſecundo providere, quod tamen limitatur duobus modis, 1. niſi in literis princ. adſit clauſula, QVAM DUXERIT ACCEPTANDAM, quia tunc licet per negligentiam omittat primã acceptare, poterit nihilominus petere ſecũdã nulli alii debitã, *Rot decis. 37. incip. not. quod ibi,* Nec iſto caſu locũ habet diſpoſitio dicti cap. ſi Clericus. Secundò quando neglexit petere debitã, dũ adhuc res eſt integra: tunc enim poteſt illam vacantem adhuc petere & acceptare *Aegid. deciſ. 738. incip. Canonicus*

*Preces in uno duntaxat beneficio Collatores gravat.*

*Preciſta ſi ſit negligens in acceptando an excidat ſua gratia?*

*nicus fac. text. in cap. ſi tibi abſenti, de præbend. in 6.* Sed quid ſi acceptatio fuerit invalida? variare poterit, & aliam acceptare, DD. *in cap ne captandæ, de conceſ. præbend.* eligens enim male iterum poterit eligere, *Mohedanus deciſ. d. præbend.* qua de re paulo poſt dabitur vobis uberior ſcribendi ſeges. Sed an vocandi ſint Collatores, quando Preces iſtæ conceduntur? Rebuff. *tr. nominat. quæſt. 13* poſtpoſita opinione affirmativa, negativam tuetur, quia quando Papa concedit beneficia Eccleſiaſtica, vel ſcribit, ut alicui conferantur, nullus citatur, *cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. not. in cap. dudum, de præſumpt. &c. cum olim, de re iud. Albert. in d l. nam ita, col ult.* Sic ergò dicendum quando conceduntur Preces & nominationes ab Univerſitatibus, vel Cæſare ut nulli Collatores ſint vocandi.

*Monocularia beneficia nō comprehenduntur ſub Precibus. Preces afficiunt Ordinarios habentes collationem 4. beneficiorum Cui incūbat onus probandi collat: habere 4. beneficia. Quid ſi unum beneficium uniatur è quatuor. Quid ſi unum è quatuor ſit ad collationem coniunctim cum alio.*

u SALTEM QUATUOR BENEFICIA) Monocularia igitur beneficia ſub his Precibus non comprehenduntur: quod & generaliter receptum eſt illa non cadere ſub generalibus & indeterminatis gratiis expectativis, neque enim veriſimile Pontificem voluiſſe privare ordinarium Collatorem unico lumine, *glo in verbo incerta, in Clem. 1 de præbend. Geminia. conſ 36. incip. quod collatio facta. Steph. Bertrand conſ. 194. vol. 3. part. 2. VVameſ. 204. num 6 de præbend. & conſ. 255. nu. 17. §. 3 in pr Guimer. ad pragm. ſanctio. tit. de collatio. pag. 91.* Cui autem incumbat onus probandi Collatorem habere quatuor beneficia ſub collatione ſua, vide Rebuf. *tract de mand. Apoſtolicis, in glo. declarantes,* ubi ſcribit eſſe excipientis hoc probare, id eſt: ejus, qui negat. *per l. quoties, § qui dolo, ff. de probat.* aliud autem eſt in Mandatario, qui tenetur probare Collatorem, cui eſt directum mandatum, habere quatuor, aut decem beneficiorum collationes: quia fundat ſe in numero, ergò illum probare debet, *arg, l. cum, ff. de neg. geſt.* Sed in caſu noſtri textus quæritur primò: quid ſi habenti quatuor beneficia directæ fuerint Preces, & poſtea unum illorum fuerit unitum, quid juris? nocebitne Preciſtæ? Nequaquam, quia tempus datæ in hoc inſpici debet, *cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in 6. Imol in Clē. 1. in ſi. de præbend.* Quæritur ſecundò? ſi in iſtis quatuor unum, vel plura ſpectent ad collationem iſtius Collatoris, cum alia conjunctim, an Preces habeant locum? Ita videtur, quia meū dicitur, quod mihi cum alio comune eſt, unde licet ſpectent etiam ad collationem alterius, tamen etiam ad illius, *l. ſi quis ſervos, ff. de leg. 3 l. pupillus, §. fin. ff. de verb ſignif.* In oppoſitum tamen facit, quod in odioſis meum propriè dici non poſſit, quod mihi cum alio commune eſt, *l. quæſitum, §. Celſus. ff. de fundo inſtruct. leg. latiſſimè Iaſon, l. ſervi electione, §. Labeo, nu. 1. 4. 20. 21 22. ff. de leg 1.* privilegia autem ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, ut quando fieri poteſt, minùs præjudicent ordinariæ poteſtati, quæ eſt favorabilis, & quæ nititur jure communi. *Archid. latè in cap. frater, 16, quæſt. 1. nu. 5. Francus, cap. cum in illis, nu. 2. 3 de præbend. in 6 Card Tuſchus pract. concluſ. iuris concluſ. 731. num. 6.* Quæritur tertiò: quid ſi unum tantum in Imperio habeat, plura extra Imperium?

perium? videtur etiam talem Collatorem poſſe gravari, quia ſicut gravamen reſpicit totum patrimonium, *l. ſi fidei commiſſum. §. 1. ff. de Iudic.* ita ut hoc gravamen beneficiorum reſpicit omnia beneficia, & ſic illud beneficium in Imperio non cenſebitur monoculum. Verùm contrarium dicendum eſt: quia Indultum expreſsè requirit, ut habeat quatuor ſaltem beneficia in Imperio, aliud tamen ſi ordinarius Collator haberet collationem unius beneficij in Imperio, & præſentationem aliorum plurium in eodem Imperio, nec enim dicetur eſſe beneficium monoculum; aut ſi Collator haberet collationem ſolus in uno, & in aliis beneficiis tribus conferre poſſet cum aliis Collatoribus ſociis, tunc enim mandatum de providendo, vel Collatio vigore Precum facta ſubſiſtet, nam meum etiam dici non poteſt, quod cum aliis commune eſt, ut prædixi, *Iaſon in d. l. ſervi electione. §. Labeo, nu 29. ff. de leg. 1. per not. Menoch. lib. 2. cent. 1. caſu 201. nu. 95. & 96.* quod & notavi ad reg. VIII. Cancellariæ *glo.* IV. Non obſtat, quod hoc admiſſo Collatores Ordinarii videantur immodicè gravari, ut vix unquam ſuo iure conferendi in vita uti liceat: quia cum ipſi ius illud conferendi ex indulgentia S. Pontificis habeant, conqueri non debent ſi Pontifex eandem facultatem illis ſemel in vita Cæſaris reſtringat, præſertim cum Pontifex per eiuſmodi conceſsionem, omnem poteſtatem à ſe non abdicarit, ſed potius maiorem ſibi reſervaverit, ita quod poſſet in collatione cum quovis ordinario concurrere, imò prævenire *cap. 2. de præbend.*

Quid ſi Collator unum tantum in Imperio habeat plura extra Imperium;

x POSTQVAM ILLIS IPSIS CANONICE PROVISVM) Ecce vides quod ultra Cæſaris nominationem opus ſit nova Ordinarii inſtitutione, ſeu collatione, ut latius ſupra oſtendimus, initio Sectionis II. *in ſcholijs verbi.* QVOD SI PER TE. *verſ undecimo quæritur.*

## Sectionis III. Summarium.

EXtenditur autem hæc facultas, ut ſua Cæſ. Maieſtas poſſit, unam & eandem perſonam ſupradictis Collatoribus & Collatricibus ſimul, vel ſucceſſivè nominare, ita tamen, quod quamprimum perſona ſic nominata, de aliquo beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio quoad alios Collatores vel Collatrices, ipſo iure expiret, & quoad eaſdem Preces Canonicatum, & præbendam, ac dignitatem, ſeu perſonatus, adminiſtrationes, vel officium, in una Eccleſia pro unico duntaxat beneficio computari debere.

Sectio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sectio III.

I*TA quod Cel.tudo Tua unam & eandem perſonam ſupradictis Collatoribus, & Collatricibus ſimul,* a *vel ſucceſſive nominare poſsit:* b *Ita tamẽ quod quam primum perſona ſic nominata, de aliquo beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio quoad alios Collatores, vel Collatrices facta, ipſo jure expiret & quoad eaſdem Preces, Canonicatum,* c *& præbendam, ac dignitatem, ſeu perſonatum, adminiſtrationem, vel officium in una Eccleſia pro unico dumtaxat beneficio computari debere declaramus,*

## SCHOLIA IN SECTIONEM III.

a SIMVL VEL SVCCESSIVE) Illa dicuntur fieri ſimul, quæ fiunt etiam unum poſt aliud ſine intervallo, *not. glo. in l. quærebatur, ff. milit. teſtam. fac. tex cum glo. in l. ſi Stichum, §. ſi quis ita, ff. de novat.* Succeſſivè verò quæ fiunt diſtinctis ex intervallo temporibus, *arg. Inſt. de ſucceſſ. edict. & ff. & C. eod. tit.* Itaque Cæſar poterit unico contextu quempiam nominare ad plura beneficia, etiam in diverſis Eccleſijs conſtituta, totque cenſebuntur eſſe nominationes, quod erunt beneficia, ad quæ quis nominatur, licet unico diplomate comprehenſa, *l ſcire debemus ff. de verb. oblig. l. Titia, §. ult. ff. de verb oblig.* ſufficietque diverſis nominationibus eadem charta comprehenſis unica ſolemnitas, *l. ſi quis ex argentareis, §. ſi intium. ff de edendo. l. 4. ff. de duobus reis.* Sicut de pluribus in eadem charta teſtantibus ſcripſit plene Peckius *de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 17.* Licet ſecus ſit, ſi ſucceſſivè Cæſar quempiam nominaret ad diverſas Eccleſias, tūnc enim quælibet nominatio quodlibet ſolenne nominationis diploma requireret, *d. l. ſcire debemus, l. ſi quis eum, § 1 ff. de vulg. & pupillari, Ang. §. igitur, Inſtit de teſtam. ubi etiam Io. Faber.* Verum acceptatione unius beneficij, cæteræ nominationes conſumuntur, uti liquet ex textu hujus Indulti; ex quo etiam vides, quòd Preces Cæſaris ſeſe extendant ad quotlibet Collatores unius vel plurium Eccleſiarum, v. g. ad Decanum vel alium Prælatum ejuſdem Capituli, & tot ejuſdem Eccleſiæ gravari poſſunt, quod in ea reperiuntur, modo tamen quatuor beneficiorum collationem habeant, ut alibi dicemus,

b ITA TAMEN QVOD) Dubitatū fuit in Rota de ſenſu & interpretatione huius clauſulæ reſtrictivæ: Aliqui enim ſic eam interpretabátur, quòd uni perſonæ, quæ vigore primariarum Precum ſemel aliquod beneficium aſſecuta fuiſſet, non poſſet iterum aliud beneficium vigore aliarum precum con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conferri: Verum re diligentius examinata, & diſcuſſa, tandem in eam ſententiam itũ eſt, teſte Ill.^mo. Card. Seraphino, *deciſ.* 738. quod dicta clauſula ſit intelligenda de alijs Precibus, quas eodem tempore quis ad diverſas Eccleſias à Cæſ. Majeſtate impetraſſet: quod fieri ſolet, non ut omnia illa beneficia impetranti concedantur, ſed ut citiùs, & certiùs pluribus conceſsis eveniat alicujus vacatio; qua eveniente, & ſubſecuta collatione, omnes aliæ gratiæ ceſſant, ne præter intentionem concedentis quis plura beneficia conſequatur; cui rei per hanc clauſulam proviſum eſt, ſed non ideò ſublatam eſſe facultatem, iterum alias preces concedendi eidem perſonæ poſt prioris gratiæ conſumptionem. Neque hæc facultas cuiquam parit præjudicium: non quidem S. Sedi Apoſt. cum ejus non interſit, cui fiat collatio; Non etiam Ordinarijs Collatoribus, quia ſemel tantum ratione unius beneficij gravari poſſunt; Nõ Eccleſijs, quia ſemel quoque quælibet Eccleſia gravari poteſt: Non Juris diſpoſitioni, ratione pluralitatis beneficiorum, quia data incompatibilitate per aſſecutionem unius, vacat alterum: & in ſumma nulla ſubeſt ratio, cur eidem perſonæ non poſſit Cæſ. Majeſtas hujuſmodi Nominationem iteratò concedere. His igitur rationibus conſideratis ſecundum poſteriorem intellectum decidit ſacrum Rotæ auditorium, *in una Meten. Canonicatus* 14. *Martij*. 1586. Cui deciſioni conſonant ea quæ ſcribit D. VVameſ, *conſ.* 261. *n.* 1. *vol.* 1. Et Caſſad *deciſ.* 1 *nu.* 1. *de conceſſ. præbend* Quæ Rotæ interpretatio omnino ſequenda eſt, cum ſit exploratum, deciſiones Rotales maximi apud omnes eſſe ponderis, & majoris authoritatis, quàm communem doctorum opinionem, *Imo. & Barb in cap. olim, Col* 11. *ut lit. conteſt. Hieron. Cuchalon. ad Reg. jura ſanguinis, de Reg. juris. Veſtrius in praxi, lib.* 6. *cap* 1.

CANONICATUM ET PRÆBENDAM) Põtifex hic ſtatuit Canonicatum, & præbendam, ac dignitatem, ſeu Perſonatum, adminiſtrationem vel officiũ in una Eccleſia pro unico dumtaxat beneficio computari debere. Reſcripta enim Pontificum & privilegia gratiæ in quantum à jure communi recedunt, juris ſunt odioſi & reſtringenda; Ideoq; de ijs neceſſario hic diſponere debuit Pontifex. *Io. Baptiſta Leonel. de ſurrept. Reſcript. quæſt.* 3. *art.* 7. *Tiraquel. de retract. Conſang.* §. 1. *glo* 9. *n.* 180. *Fely cap. Cauſſam quæ, de Reſcript.*

## Sectionis IIII. Summarium.

HIc à S. ſede datur Executoribus per S. Cæſ. Majeſt. deputa dis ad effectum, ut preces & nominationes hujuſmodi ſuum ſortiantur effectum, facultas conferendi, & aſsignandi perſonis, pro quibus Primarias Preces porrigi ſeu hujuſmodi nominationes fieri contigerit, beneficia &c.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Prædicta, (etiam duo, tria, vel plura quorumcumque qualitatis, & cujuſcunque annui valoris) cùm vacaverint, Quod extenditur Primò: in quibuſvis etiam ordinariis per litteras alternativas aliaque privilegia & Indulta quomodolibet conceſsis. & inpoſterum concedendis menſibus 2, Etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ, alias quam per conſtitutionem ad Regimen generaliter reſervata exiſtant. 3. Etiamſi ex diverſis perſonis vacaverint & perſonæ ſic nominatę tempore aſſecutionis beneficii ad quod nominatæ fuerint, aliud beneficium in eadem Eccleſia obtineant, & ſecundum ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiarum, in quibus huiuſmodi beneficia conſtituta fuerint, capaces videlicet in ætate legitima cōſtitutæ, aut de legitimo matrimonio procreatæ non ſint. Quod reſtringitur primo: Dummodo quoad eiuſmodi qualitates, alias cum eis canonicè diſpenſarum ſit. Secundo: Et beneficia in eadem Eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſsint, aut conſueverint. Tertio: Dummodò dictorum beneficiorum collatio nō fuerit iuxta Lateranenſ. ſtatuta Concilij ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta. Quarto: Nec ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa. Quinto Dummodo dictæ perſonæ infra menſem poſtquam vacatio huiuſmodi beneficiorum ipſis innotuerit eadem beneficia acceptaverint, ſeu duxerint acceptanda. Deniq; datur poteſtas perſonis ſic nominatis, quod ipſę expectativis, & nominationibus, ſeu gratiis ſpecialium reſervationum, aut mādatis de providendo, ſi quæ ipſis conceſſa ſint, una cum gratia dictarum Precum & Nominationum uti poſsint, nec aliqua gratiarum huiuſmodi conſumpta, reliquæ earundem caſſæ cenſeantur vel irritæ.

## Sectio IIII.

*QVodque a quicunque in quibuſvis dignitatibus conſtituti, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici, ſinguli videlicet in illis quos pro ſingulis perſonis prædictis Precum, & Nominationum huiuſmodi, & ad hoc ut illæ ſortiantur effectum etiā præſentiū executores deputaveris, per ſe b vel alium, ſeu alios*

bea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*beneficia prædicta, c cum in quibuſvis etiam ordinarijs Collatoribus per con=
ſtitutiones noſtras, aut litteras d alternativas, aliaque privilegia & Indulta
quæcunque quomodolibet conceſsis, & inpoſterum concedendis, aut alijs quibuſ-
cunque menſibus c vacaverint, & quæ perſonæ, pro quibus Preces & Nomi-
nationes hujuſmodi factæ fuerint, quatenus hujuſmodi Preces ſeu Nominatio=
nes ad illa ſe extendant, infra f menſem, poſtquam ipſis vacatio huiuſmodi
beneficiorum innotuerit, duxerint g acceptanda, etiamſi ipſa beneficia diſpo-
ſitioni Apoſtolicæ, alias h quam per Conſtitutionem fœl. record. Benedicti
Papæ XII. prædeceſſoris noſtri quæ incipit ad Regimen, generaliter reſer=
vata exiſtant, & ex diverſis perſonis i vacaverint, & k perſonæ Nominatæ
prædictæ tempore aſsecutionis beneficij ad quod nominatæ fuerint, aliud bene-
ficium in eadem Eccleſia obtineant, & ſecundum ſtatuta, ac conſuetudines
Eccleſiarum, in quibus beneficia hujuſmodi conſtituta fuerint, vel indulta
Eccleſiis conceſſa, capaces, videlicet in ætate legitima conſtitutæ, aut de legiti-
ma conſtitutæ, aut de legitimo m matrimonio procreatæ non ſint: Dummodo
quoad huiuſmodi qualitates alias cum eis canonicè diſpenſatum, & beneficia
in eadem Eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica in-
ſimul obtineri poſsint, ac conſueverint, ac ipſorum vacantium beneficiorum col-
latio non fuerit juxta Lateranen. ſtatuta Concilij ad ſedem prætactam legitime
devoluta neque ſuper illis inter aliqos o lis pendeat indeciſa cum omnibus ju=
ribus & pertinentijs ſuis perſonis q ipſis, & etiam duo, vel tria, ſeu plura qua=
rumcumque qualitatum & cujuſcunque annui valoris Eccleſiaſtica beneficia
obtinentibus, & expectantibus conſerre, & aſsignare, nec non omnia, &
ſingula, quæ ad hoc ut Precum ſeu Nominationum ac collationum & accep=
tationum hujuſmodi ſuccedant effectus oportuna fuerint facere, authoritate no=
ſtra per cenſuram Eccleſiaſticam exequi poſsint, & valeant, ſuper quibus ipſis
plenam, & liberam authoritate prædicta tenore præſentium poteſtatem con=
cedimus & etiam facultatem, ac perſonis u prætactis, pro quibus hujuſmodi
Primarias Preces porrigi, ſeu Nominationes hujuſmodi fieri contigerit, quod
ipſæ expectativis ac nominationibus, ſeu ſpecialium reſervationum de quibuſvis
beneficijs pro ijs factarum gratijs & mandatis de providendo, ipſis ab eiſdem ſi
quæ ipſis ſint, una cum gratia Precum, & Nominationum Primariarum ea-
rundem uti poſsint, nec aliqua gratiarum huiuſmodi conſumpta, reliquæ earun=
dem caſsæ cenſeantur, vel irritæ, indulgemus.*

## SCHOLIA IN SECTIONEM QUARTAM.

*Executores Precũ debent eſſe in dignitate, & conferre intra mẽſem.*

a QUODQUE QUICUNQUE) Tametſi Nominatio per Laicum ex conceſſione Papæ facta cenſeatur per Papam facta, cum is facere intelligatur, cujus authoritate, & mandato actus explicatur, *cap Mulieres, in fi. in ſent. excommunicat.* Nihilominus quia Ordinarij non facilè parebant Indulto, quod Cæſari noviter creato dare ſolent Pontifices, idcirco eidem Pontifices executores dant, qui compellant Ordinarium ad conferendum, ut habetur in cap. cum noſtris, 6. de Conceſſ. præb. cap. litteris c. conſtitutus. cap. ex inſinuatione. cap. eam, de Reſcript. Et iſti executores debent eſſe in dignitate conſtituti, ut hic habetur, quod etiam eſt juri conforme, *ut textus eſt in cap. ſtatutum, in pr. de Reſcript. in 6.* Debent autem providere Nominatis ſeu Preciſtis infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujuſmodi beneficiorum innotuerit, & illa acceptaverint, ſeu duxerint acceptanda, ut hic habetur, extatque deſuper Reg. Cancell. quæ habet, quod quicunque vigore gratiarum expectativarum acceptaverint quæcumque beneficia, debent intra unius menſis ſpatium à tempore huiuſmodi acceptationis computandum de hujuſmodi beneficijs, ſic acceptatis per ſuos executores vel ſubexecutores facere ſibi provideri, alioqui &c: quod ipſum etiam hoc Indulto Pontificio ſtatutum eſt: Eſtque juri conforme, *Geminia in cap. 1. §. ex parte, nu. 3. de conceſſ. præbend.* ubi dicit quod executor datus ad providendum de beneficio, quod Impetrans duxerit acceptandum, non poteſt conferre, antequã ille acceptet. Ubi autem acceptaverit, Executor conferet, etiam illo ad quem

*Executor conferre non poteſt ante preſentationẽ litterarũ. Acceptatio an ſubſiſtat facta in abſentia Executoris? Executores an poſt obitum Papæ poſſint exequi.*

ſpectat collatio ne vocato, non monito, cùm is ſit merus Executor, *Specul. lib. 2. tit. de actione, ſeu petitione ſuper petitionibus nu. 21. & 22.* ubi ſcribit Executorem ad providendum non debere admittere exceptiones contra reſcriptum, aut perſonam ante proviſionem factas, cùm ſit merus Executor. Quod hactenus verum eſt, dummodo fuerunt ipſi præſentatę litterę: nam ante præſentationem litterarum ſuæ facultatis Executor gratię Apoſt. non poteſt cõferre vel providere, *c. cum in iure peritus, de off. deleg Creſcent deciſ. 2 de off. deleg.* Sed an hæc acceptatio poſſit fieri in abſentia Executoris? poſſe reſpõdet Geminia. *c. 1. §. è contra, n. 9. d. tit. & in c. 2. n. 8 d. tit.* ubi dicit poſſe etiam fieri acceptationem per procuratorem. Cæterum dubitatur 1. an iſti Executores poſt obitũ Papę vel Cęſareis poſſit gratiã exequi, ſeu nominatis conferre, & aſſignare beneficia his quib9 cõtigerit Preces dari? quęſtio depẽdet ab illa vulgari, an gratia etiã re integra expiret morte concedentis? & reſolvit Põtifex in *c. ſi ſuper, 9. ff. de off. leg. in 6. & in c. ſi cui nulla, de præb. in 6.* non expirare. Ideoq; Executor mortuo Papa gratiã exequetur, *d. c. ſi ſuper gratia 9. de off. & poteſtate Iudicis delegati, Rot. deciſ. 185. in No Milis, in verbo Gratia facta, Rebuff. in Concord. Rub. de Mand. Apoſt. §. 1 verbo ſui Pontificatus, verſ. Nota tamen.* Cujus concluſionis ampliationes, & limitationes vide apud Gabrieliũ, *tr. com. cõcl. tit de præb. concl.*

1. Man-

1. Mandoſ *ad Reg.* 10. *Cancell. q.* 2 *n.* 2. Gutierrez *lib.* 2. *pract. quæſt.* 24. *n.* 2. *& qu.* 25. *num. & ſequentib. Et lib* 2. *canon quæſt cap.* 17. *num.* 3. Gonzalez *ad Reg.* VIII. *Cancell. gl.* 12. *num.* 42. *& ſequent.* Primò extende, ut Capitulum ſede vacante debeat conferre beneficia, quibus Epiſcopus vel Prælatus deberet, *VVameſ. conſ.* 259. *num.* 9. *& ſequent. de præbend. vol.* 1. Secundò extende, etiamſi talis Prælatus dignitatem ſuam cum alio commutaret: cùm Nominationes iſtæ non tam perſonis, quarum nomina plerumque ignorantur, quàm ipſis prælaturis fiant, quæ nunquam intermoriuntur, *cap. litteris, de reſcript. VVameſ d. conſ. num* 19. Verùm, non obſtantibus præmiſſis dicimus Executores re adhuc integra exequi non poſſe poſt obitum Cæſaris Preces conceſſas: aliud enim eſt quærere, an gratia expiret morte Pontificis re integra, aliud an gratia Precum expiret morte Imperatoris? Priori caſu, expirat re integra, adeo ut Executores illam etiam poſſint exequi poſt obitum Papæ, *cap ſi ſuper, de off. deleg. in l.* 6. *ibi Francus in pr. Rota deciſ.* 349 *in No. Si Papa, & deciſ.* 285. *ſi Epiſcopus, Lapus allegat.* 17. *an datio Executoribus Mandoſ. ad Reg.* 10. *Cancell. quæſt.* 2. *nu* 4. Res autem dicitur integra ante proviſionem: ideoque mortuo mandante expirat mandatum. §. *recte, inſtit. Mandat.* Ex quo ſequitur per Reg. X. Cancellariæ Revocatoriam expectativarum, quæ fit in craſtinum aſſumptioni S. Pontificis non eſſe revocatas dictas expectativas per mortem concedentis, quando aliqua ipſarum non eſt ſortita aliquem effectum, & ideo ſolent omnes indifferenter revocari, quando novæ expectativæ conceduntur: nam, ut dicit Dominic. poſt Lap. *in cap. ſi cui, de præbend. in* 6. propter fulminationem proceſſus, quam fecit Executor, præſentata ſibi bulla expectativa nō dicitur amplius res integra: & proinde talis gratia nō revocatur ipſo facto per obitum concedentis, niſi per ſucceſſorem expreſsè revocetur, *cap. penult. & fin. de præbend. in* 6. Secundo caſu, in quo major difficultas verſatur, quæritur an gratia expiret morte Imperatoris? Nam pro affirmativa facit quod privilegium illud quod habet Cæſar, eſt perſonale: atqui privilegium perſonale ſequitur perſonā, & extinguitur cum perſona, *L. in omnibus, ff. de reg. iur. c. Privilegium, de Reg. iur. in* 6. Hinc etiā fit, ut ſi Cæſar in vita ſua nominationibus ſuis primarijs non fuerit uſus, illius in Imperio ſucceſſor duplici nominatione uti non poſſit, *Alber. Brun tract. de interit. & perempt. concl.* 15. quia deficiente Imperatore qui fuit cauſſa Precum, deficiunt etiam gratiæ nominationum, quæ ſunt illius effectus, *Cap. cum ceſſante, de appellat, Tiraq. tract. ceſſante cauſſa.* Sed cùm videam hanc quæſtionem modo agitari in Collegiata Eccleſia B. Mariæ virginis in Capitolio urbis Colonienſis, lubet illam paullo exquiſitiori Minerva diſcutere. Caſus autem talis eſt: Dominus Widenfeldt primarias obtinuerat nominationes à Cæſare Matthia ad primam vacaturam in dicta Eccleſia B. Mariæ, quas Dominæ Abbatiſſæ, & Capitulo per ſuos Procura-

*Morte Papæ expirat poteſtas executoris re integra.*

*Res integra quando dicatur?*

*Expectativa non revocantur per mortem concedentis quando non ſunt ſortita effectum.*

*Per fulminationem proceſſus non dicitur amplius res integra.*

*An Preces expirent morte Cæſaris;*

*Succeſſor in Imperio non utitur privilegio Cæſaris ſi is non fuerit uſus privilegio.*

*Caſus in una B. Mariæ in Capitolio urbis Colonien.*



tores

tores inſinuari curavit, quæ etiam pro inſinuatis receptæ ſunt: verum, priuſquam contingeret alicujus præbendæ vacatio, è vivis exceſsit Cæſar Matthias Preces ejuſmodi concedens, idque Martij die 20, Anni 1619. Paulo poſt, hoc eſt, in Aprili contigit aliquam præbendam vacare, cujus collationem ſibi per procuratores ſuos ab Abbatiſſa & Capitulo fieri dictus Preciſta petijt: id quod ei abnuit dicta Domina Abbatiſſa, eo quod per mortem Cæſaris Preces evanuiſſent, & tandem collatis ſuffragijs eorundem, præbendam, uti in ſuo menſe vacantem, cuidam Putz contulerunt: quærebatur utrius potiora eſſent jura? Si res mei arbitrii eſſet, prætulerim Dominum Putz, tum ex dictis, tum ex rationibus ſequentibus.

*Preces morte Cæſaris expirant re integra.*

Prima eſt, quod ius illud nominandi, ſeu Preces Primarias concedendi Cæſar habet ex privilegio Pontificio contra iuris communis diſpoſitionem, quia beneficia omnia in omnibus menſibus iure communi ſpectant ad collationem Ordinarii, *Caputaq. deciſ.* 214. *num.* 6. *part.* 1. *Caſſad. deciſ.* 3 *num.* 4. *&* *deciſ.* 4. *num* 1. *&* 2. *de privileg. Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ.* 11 *num.* 38. *& ſeqq.* Privilegia autem contra ius commune non extenduntur de perſona in perſonam, etiam exidentitate rationis, *Ant. de But. in cap. ſane, de Privileg. Bald. in L.* 1. *in princ. ff. de leg. Geminia. in cap. ne aliqui in* 4 *not. de Privileg. in* 6. *Decias conſ.* 32. *&* 11. *col.* 1. *& conſ.* 516. *col. fi. Card. Tuſchus qui illos allegat, tom.* 6. *practic. concluſ.* 731. *num.* 7.

*Mandatū morte legati expirat re integra.*

Secunda, quia mandatum factum per legatum de providendo certæ perſonæ de certo beneficio tunc vacante, moriente legato ante mandati executionem, ipſo jure expirat, *per text. in cap. præſenti, de off. leg. in* 6. *& cap. ſi cui nulla* 2 *reſp. de præbend. in* 6. Idemque dicendum in alio habente certam poteſtatem beneficia certa authoritate Apoſtolica conferendi, re integra moriente, ſcribit Bellamera *deciſ* 643 *per tot.* Multo ergo magis expiravit gratia Precum per obitum Cæſaris re integra, & nulla adhuc exiſtente præbenda vacante. In qua opinione ſunt etiam Gigas *de Penſio. quæſt* 91. *num.* 4. *verſic. & tenendo iſtam*, Mandoſ. *ad Reg.* 10. *Cancell. quæſt.* 2. *num.* 4. Tertia, quia conceſſio non perfecta extinguitur morte concedentis, quando non eſt deventum ad effectum aliquem tendentem in effectum conceſſionis, ut ſi per Preciſtam non ſit acceptatum beneficium, & gratia Precum non ſit præſentata Executoribus, vel Ordinariis, nec fulminatus proceſſus, ut ſupra dictum eſt. Quarta. Privilegia demum ſunt perpetua, nec expirant morte concedentis, ſi in vita fuerint ſortita effectum, alioquin enim privilegium ſeu gratia prædeceſſoris in futuris nondum conſummatis, nec inceptis nihil operatur, *per not. Cyn in L. fin. C. in quibus cauſſis, Reſtaurus Caſtaldus tract. de Imperatore, quæſt.* 115. *num.* 1.

Quinta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Quinta & poſtrema, quòd privilegium Cæſar. ſeu precum conceſsio perſonalis eſt reſpectu Cæſaris, ideoque eo mortuo cenſentur. Preces expiraſſe, repræſertim, ut dixi, integra, cùm ex iis non fuerit jus aliquod quæſitum Preciſtæ, nec ad rem, nec in re, ex quo hujuſmodi expectativa non ſit ſuper certo copore beneficii, *cap.1.§. fin ibi DD de conceſſ præbend. in 6.* ut in præſenti caſu accidit, quo Cæſar Matthias juſſit provideri Preciſtæ de proximo vacaturo Canonicatu, & præbenda, qui dictas ſuas Preces ne quidem intimaverat Abbatiſſæ & Capitulo dictæ Eccleſiæ B. Mariæ, ſicque res erat planè integra, ut mirandum non ſit, ſi morte Cæſaris interveniente, hujuſmodi Preces expirarint, dictis juribus, quibus adde not. *DD, in cap. ſi dilectus, ubi Abb. n 6. de præb. Rota in una commendæ Meliten. coram R.P.D. Dunezeto 23. Iunii 1614.*

*Privilegium Cæſare integra expirat: quia perſonale eſt.*

Verùm enimverò, dum hæc ſub acumen calami committo, occurrunt ecce aliæ rationes, quæ aliis cedere non videntur: quarum prima eſt, quòd commiſſio data Cæſari non reguletur ad inſtar mandati, quod re integra expirat, ſed ad inſtar gratiæ ſeu privilegii perſonæ Cæſaris facti, quod perpetuò durat nec morte re etiam integra expirat per rationes, & authoritates latius à Franciſco Burſato *conſi. 29. n. 5.* allatas. Secundò: Quia per nominationem Cæſaris res deſiit eſſe integra, quia aliquid cœptum, licet nec dum conſummatum fuit, *arg. l. 1. §. cœpiſſe, ff de Pollicit. Fely. cap. licet undique, nu. 1. de off. deleg. Burſatus dicto num. 8.* Tertio: Preciſta per acceptationem gratiæ quantumvis generalem facit ut res deſinat eſſe integra, *Pariſ. conſ. 145. n. 14. vol. 1. Oldrad. conſ. 229. Mohed. deciſ. 354.* Cui juris diſpoſitioni videtur etiam allucere obſervantia, quæ eſt optima legum interpres, *L. ſemper in ſtipulationibus ibi DD. de Reg. iur.* maximè cùm legislator eam tolerat: nam omnis actus juſtificatur propter ſcientiam & patientiam ſuperiorum, *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. § 2. num. 87.* Et in dubio Principis gratia cenſeri debet realis & perpetua, *Burſat. conſ. 30. num 4.*

b PER SE VEL ALIUM) Dummodo iſte alius habeat qualitates requiſitas in d. cap. ſtatutum, *Rota deciſ 99. Nota quod Executor, in antiq.* quod & probat Staphil. *de litt. grat. in 9. form Execut.* Nec mirum illos poſſe ſubexecutores deputare, cùm habeant Iuriſdictionem delegatam à Principe, *L. à Iudice, C. de Iudic.* At, quid ſi vita excedat Executor, vel ſubexecutor, antequam contulerit, quis exequetur? Recurrendum ad Papam: ut poſt Anch *in cap. cum dilectus, col. vl. de Iurepat.* ſcribit Rebuff. *in forma litt. execut. Mand. Apoſt.* niſi tamen ſub nomine dignitatis alicui commiſſum eſſet: tunc enim, quia dignitas non moritur, *c. ſi gratioſe, de Reſcript. in 6.* is qui ad eandem ſubrogabitur dignitatem, exequi poſſet, *cap. quoniam, de off. deleg.* Et quemadmodum executor per ſe, vel alium expectantibus conferre & aſſignare poteſt, ita etiam Preciſta, per ſe, vel procuratorem acceptare (etiam exiſtenti in eodem loco ipſo principali, *Mob. deciſ. 3. de conceſſ. præbend.* intra) menſem poteſt, dummodo tamen habeat ille

*Executor ſubexecutorem ſubſtituere poteſt.*

*Preciſta poteſt per procuratorem acceptare etiamſi ſit præſens in loco.*

procura-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Facta acceptatione per Preciſtam intra mẽſem an Executor poſſet poſt menſem providere: An procurator poſsit eſſe Laicus:*

procurator ſpeciale mandatum, *Staphil. de litt. grat. tit de vi & effect. clauſ. §. ſexto quæritur*, quem vide, quia diſcutit quæſtionem non inelegantem, an facta acceptatione intra menſẽ per Preciſtam, & ſic tempore congruo, poſsit Executor providere poſt menſem? & ſecutus gloſſæ opionionem in *Clem. ibi alleg.* reſolvit, non poſſe, cùm Executor non poſsit eſſe melioris conditionis, quàm ipſe Papa, cui currit tempus ad conferendum, *ut prob. in c. ſtatutum de præb. in 6.*

Sed an procurrator, qui acceptat intra menſem, poſsit eſſe laicus, & quid ſi reticuerit alia Preciſtæ beneficia; Reſpondi nuper ſubſiſtere ejuſmodi acceptationem, & talis erat facti contingentia RABANVS de Lippia Adoleſcens nobilis impetratas à Cæſare Matthia ( laudatæ memoriæ ) Preces Capitulo S. Mauritij inſinuavit, quas & Capitulum acceptavit.

Cùm poſt aliquod ab inſinuatis precibus annos beneficium vacaret in menſe Ordinarij, miſit qui ſuo nomine poſſeſsionem vacantis præbendæ peteret, ſciens Seren. Elect. Cæſarearum Precum Executorem deciſionem Rotalem habere, qua pronunciatur primum quodque beneficium, quocumque menſe vacans Cæſareo Preciſtæ conferendum.

Qui ad poſſeſsionem acceptanda miſſus fuerat Notarius homo ſecularis, ſubſtitutionis quidem ſuæ documentum exhibuit, primariam autem Preciſtæ conſtitutionem non produxit, nec quod incuria omiſſa eſſet, habuit in promptu. Teſtantur tamen duo viri nobiles adeoque Capitulum Hildeſimenſe univerſum primariam conſtitutionem ab ſe viſam eſſe, ejuſque vigore ſe conſtituentis procuratores tanquam idoneos admiſiſſe.

Preciſta à Capitulo Mauritiano per Notarium poſſeſsionem petens, reticuit ſe in Eccleſia Cathedrali Hildeſimenſi præbendam habere quæ perſonalem exigit reſidentiam.

Nunc quæritur 1. An poſſeſsionis, adeoque totus Procuratoris actus nullus ſit, vel quia ſecularis, vel quia non habuerit in promptu Preciſtæ conſtitutionem, quam ab ſe viſam duo Canonici Cathedrales teſtantur; 2. An Cæſaris Preces habeant locum in quocumque menſe 3. An ratihabitio conſtituentis quæ ſupervenit diebus quatuor decim poſt petitionem poſſeſsionis, actum ſalvare poſſit, cum non intra menſem ad acceptandum præfinitum edita ſit? 4. an obſtet de alibi habita præbenda; 5. an Preciſta poſſit reſilire à dicta acceptatione & alium Canonicatum in d. Eccleſia vacantem vigore ejuſdem nominationis acceptare!

*Preciſta an poſsit conſtituere procuratorem Laicum:*

Pro brevi, & ſuccincta reſolutione propoſitæ quæſtionis dicitur ad primũ illius caput, non obſtare intentioni Preciſtæ, quòd procurator conſtitutus ab eo fuerit Laicus; nam licet Laicis de rebus ſpiritualibus nulla ſit attributa facultas, *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. cap. decernimus, de Iudic.* nihilominus communi DD. calculo receptum eſt procuratorem laicum poſſe adhiberi in negotijs ſpiritualibus, *Abbas in cap. dilectus de fide inſtrum. Io. And. Bal. Anto. de But in cap. Meſſana de Electio. Fely. ind. cap. dilectus. num. 42. l.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

42. *Io. And. Abb. in cap. accedens, de Præbend. Rota deciſ.* 104. & 148. *Io And. & Francus in cap. quod alicui, de Reg. jur. in 6. Geminia, & Francus in cap.* 1. *de Procur. Covar. var. reſolut. lib.* 3 *cap.* 16. hinc poteſt pro clerico acceptare beneficium, ut procurator, *Io. And. & alij in cap. Accedens, de Præbend. Rota, deciſ* 11. *tit. de rerum permutat. in antiq.* maximè cum poſſeſſionis acceptatio in nudo facti miniſterio conſiſtat, quod rectè etiam per Laicum expeditur, *Selva de beneficio part.* 3. *quæſtio.* 55. Neque officit quod originale mandatum conſtitutionis ad acceptandum procurator ille laicus non oſtenderit; quia per ſubſtitutionem de ſua perſona factam, ſatis apparet de mandato: nam ſtatur aſſerenti, ſeu atteſtanti, de mandato, & commiſſione ſibi factis, *Tho. Grammaticus voto* 15. *num.* 1. *not Bald in L. Iudices, C. de fide inſtrum.* præterquam quod mandatum procuræ poſſit probari per teſtes, *Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhab. ſeu mandat. numero* 70. quales ſunt duo iſti Canonici Eccleſiæ Cathedralis, qui ab ſe Viſam conſtitutionem Atteſtantur

Nec etiam refert quòd dictam conſtitutionem non exhibuerit in tempore; ut puta intra menſis ſpatium datum Preciſtis ad acceptandum, tum primò, quia ſubſtitutus acceptavit nominationem in tempore, tum quia acceſsit principalis ratihabitio, quæ licet intra menſem non intervenerit, nihilo ſecus ſubſiſtit, quia ratihabitio per fictionem trahitur retro, & fingit ratificantem fuiſſe præſentem loco & tempore actus ratificati: verba ſunt Jaſonis *in L. Si is, qui pro tempore, num.* 129. *ff. de Vſucap.* hinc fit, ut mandatum à procuratore receptum licet non producatur tempore, quo fit proceſſus, eo tamen quandocumque exhibito proceſſus detegatur validus, *Vantius de nullit. d tit. nu.* 117. præterquam quod conditio purificata poſſit & debeat retrotrahi, *Decius ad Reg contractus, nu.* 17. *in fi. de Reg. iur.* Denique, licet clauſula hæc in Indulto Precum, PERSONÆ QVÆ INTRA MENSEM &c. importent conditionem, *ut intra dictum tempus acceptent* &c. nihilominus illa ſemper reſolvi poteſt re integra, hoc eſt, beneficio adhuc vacante, *Staphil. de litt. grat. tit. de Vi, & effectu clauſ. verſ. Quinto non eſt omittendum.* Ex qua reſolutione ſatis videtur tertium propoſitæ quæſtionis caput explanatum.

*Ratihabitio retro trahitur.*

Quo verò ad ſecundum caput, videtur jam eſſe extra omnem diſputationis aleam, Preciſtis eſſe affecta beneficia in utroque menſe vacantia, multis de cauſſis, ſed potiſſimum iſtis, 1. quod in textu Indulti conceſſionis Precum expreſsè diſponatur de menſibus quibuſcumque etiam ordinarijs, in quibus Executores per Imperatorem Nominati conferre poterunt beneficia in dictis menſibus vacantia. Neque obſtare Concordata, quia privilegium illud concedendi Primarias Preces multis ſæculis antiquius eſt Concordatis initis inter Fredericum, Principeſque nationis Germanicæ, & S. Sedem. Unde non

*Preciſtis an ſint affecta beneficia in utroque menſe.*

 eſt veri-

eſt veriſimile eundem Fredericum voluiſſe aut potuiſſe renũnciare juri precum Imperialium antiquiſſimò, cùm juris ſit explorati per generalem diſpoſitionem nunquam tolli peculiare privilegium, *glo in L. Decutionibus, C. de Silentia, lib. 12. Gonzalez, ad Regul.* VIII. *Cancell. glo 9. §. 2. num. 6. & 7. Caſſad. deciſ. 6.* ſuper Reg maximè Imperatori, ut in ſpecie Precum reſpondit Pariſ. *conſ. 50. num. 30. vol. 4.* Quid, quod dictis Concordatis nominatim, & ſolenniter derogatum ſit; ut patet ex Indulto in clauſ. Non obſtantiarum, ibi, NEC NON CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ, ſic quod nullus videatur in eo relictus dubitandi locus &c. & ſi eſſet, majori argumentorum falce tolli poſſet, ſed de iſtis poſtea, Deo dante, latius in glo, verbi CVM IN QVIBVSVIS &c.

Tertij capitis reſolutio pendet ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra ad primum dubium, verſic. *nec etiam refert.*

Ad quartum, videretur de jure reſolvendum Preciſtæ obſtare aliam præbendam, quam poſſidet, quo minus poſſit aliam acceptare vigore ſuarum Precum, *per not. Staphil. de litt grat tit. Gratia ſemel extincta non amplius reviviſcit*, verum conſiderata clauſula noſtro Indulto inſerta, in §. 4. ibi, ETIAM DVO VEL TRIA, VEL PLVRA QVARVMCVMQVE QVALITATIS, ET CVJVSCVMQVE VALORIS BENEFICIA OBTINENTIBVS, videtur non illi obſtare alteram præbendam quam poſſidet in Eccleſia de Hildeſheim.

*Clauſula duxerit acceptandam quid operetur.*

Ad quintum, quod licet clauſula Indulti DVXERIT ACCEPTANDAM, hoc operetur, ut neglecto beneficio primo vacante, ſecundum, nulli tamen alteri debitum, poſſit acceptare, *Staphil de litt grat. tit. quib. med litt. ad benef. Exp. §. Tertio expirant, verſ. Primò niſi, &c* Imò ſi male acceptaverit primum, poſſit illo dimiſſo aliud acceptare, *Staphil. d loco*, tamen cùm Preciſta maturæ judicij lance validè acceptaverit beneficium per obitum N. vacans, non potuit alium Canonicatum vacantem in menſe Ordinarij vigore earundem Nominationum afficere aut curare ſibi provideri, *text. in cap. 1. §. è contra, ibi Geminia, Francus, & alij, de conceſſ præbend.* & ratio eſt, quia gratia ejus fuit ſemel extincta, quæ proinde amplius reviviſcere non potuit, *per gloſ. in cap. Gratia, de Reſcript. in 6.* nam in inutili acceptatione beneficij non eſt pœnitentiæ aut variationi locus, *Tyraquel in L. Boves, §. hoc ſermone, limit. 1. num. 31. de verb. ſignifi.* maximè cum is qui inutiliter acceptavit, fuit in culpa, *Tyraq. d. loco.* Nam, qui ſcienter eligunt indignum, amittunt facultatem iterum eligendi, *cap bonæ 2. de electio.* qua de re vide plura ſupra in verbo, *Quid quicumque*, & infra in glo. verbi *Infra menſem.* Accedit, quod debetur ex prima acceptatione, non debetur ex ſecunda, *per not. Gomeſ. ad Reg. de publicandis, verſ. nec obſtet.* Cum autem Preciſta primum Canonicatum acceptaverit per obitum N. vacantem, cum ipſe habuerit recurſum ad Executorem, inſti-

inſtiteritque pro collatione & poſſeſſione, ſatis videtur declaraſſe prædictum Canonicatum elegiſſe, *text. in Clem. 1. §. quin etiam ibi Cardinal. & gloſ. de conceſſ. præbendæ, Francus in cap. 1. §. ex parte, d. tit. in 6.* Quod ſi replicetur. datum fuiſſe *Preciſtæ* impedimentum à Turnario collatore, qui alteri dictum Canonicatum contulit, ad ipſius excluſionem, reſpondebimus, hoc illi non patrocinari, cum habuerit juris remedium ad manum, ut pote Executorem à ſua Cæſarea Majeſt. datum, à quo poterat Collator cogi per cenſuras Eccleſiaſticas, ut ſibi de dicto Canonicatu providerent, *Rebuff ad Concordata Galliæ, tit de collatio. §. 1. verſ. impedimento legitimo ceſſante* Neque enim impedimentum excuſat, cùm poteſt removeri, *Bartol. in L. quibus diebus, ff. de condit. & demonſtrat. Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 11. quæſt. 13. num. 28.* Ex quo ſequitur dictas Preces expiraſſe per acceptationem primi Canonicatus: præſertim cum jam res non ſit integra, ut pote Canonicatu iam alteri collato; qua de re latius infra adhuc dicam, *in gloſ. verbi* INFRA MENSEM.

c CVM IN QVIBVSVIS ETIAM ORDINARIIS) Tametſi non obſcurè ex verbis textus noſtri Indulti beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum includantur in conceſſione Precum, ortæ tamen ſunt variæ variis in locis per Germaniam difficultates, an beneficia in dictis menſibus vacantia Preciſtis affecta eſſent Nam pro Negativa immane quantum argumentorum protulerunt illius aſſertores, atque inprimis pro ſtabilienda ſua opinione proferunt in medium textum hunc Concordatorum inclytæ nationis Germanicæ cum S. Sede: *Idem S. D. N. per quamcumque aliam reſervationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacumque verborum forma per eum, aut eius authoritate factam, vel faciendam; Non impediet quo minus de illis cum vacabunt de menſibus Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti Octob. & Decembris liberè diſponatur per illos, ad quos Collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quavis alia diſpoſitio pertinebit, Reſervatione aliave quavis diſpoſitione authoritate eiuſdem D. N. PP. factis, vel faciendis non obſtantibus quibuſcumque.* *Preces primariæ an habeant locum in menſibus Ordinariis*

Ex quo Concordatorum textu hoc argumentum ſumunt: Quicquid habet Juris Imperator ad concedendas Preces Primarias, illud habet à Papa: ſed Papa iuxta præinſertum textum Concordatorum non habet ius conferendi beneficia in menſibus ordinariis, ergò neque Imperator: Neque enim quis plus iuris transferre in alium poteſt, quam ipſe habet, ut in ſimili dicitur, quod non poteſt plus eſſe in cauſato quam in cauſante, *Philip. Probus tract. Iuris regalium, quæſt. 12. num. 5.* *Arg. pro negativa*

Ad hoc argumentum reſpondeo, & quidem ad maiorem Imperatores Romanos à multis iam retro ſeculis ex privilegio, & inveterata conſuetudine à Summis etiam Pontificibus laudata & roborata, idque etiam *Solutio.*


antequam

ante Concordata Nationis Germanicæ cum S. Sede facta ſunt, jus habuiſſe Preces Primarias ad omnes Collatores & Collatrices, qui de beneficiis quocumque modo diſponendi jus habet, per univerſum Rom. Imperium dirigendi pro perſonis idoneis, ut beneficium unum vacans vel proximè vacaturum, in quocumque menſe id contigerit, infra menſem bidui notæ vacationis acceptandum, perſonæ nominatæ conferatur, quemadmodum nedum ex ipſo Precum textu & narratis conſtat, ſed & authoribus Juris non paucis, qui dicti privilegij mentionem faciunt: veluti Speculator, qui circa annum Chriſti 1271. floruit, vidiſſe ſe ſcribit, *ut tit. de præbend §. reſtat. num. 7. ibi Io. And.* privilegium bullatum, quod Imperator in qualibet Eccleſia Alemaniæ poſſit facere recipi unum &c. Similiter Jo. Monach. *in cap. 2. de præbend.* qui circa annum 1300 floruit, & Reſtaurus Caſtaldus, Anto. Corſetus, alijque non pauci, qui de avorum memoria ſcripſerunt, dicti privilegij non infrequentem mentionem faciunt. Quocirca cum tempore hujuſmodi inveteratæ conſuetudinis diu ante dicta Concordata S. Pontificis poteſtas reſtricta non fuerit ad certos menſes, is procul dubio hanc Imperatorum conſuetudinem potuit in omnibus menſibus indiſtinctè roborare & confirmare, prout confirmaſſe cenſendus eſt, cùm ſuper eo de aliqua reſtrictione non appareat. Quò fit ut iſta conſuetudo pluſculis ſeculis continuata, & à S. Sede approbata, poſteà per Concordata inter eandem S. Sedem, & inclytam Nationem Germanicam ſubſecuta minimè limitari poterit, aut Jus Imperatori quæſitum aufferri: quod jus Imperator non habet ſimpliciter poſt Concordata, ſed diu ante illa originem habuit. Atque inde ad minorem reſpondeo, dato non conceſſo illam veram eſſe (cum illius contrarium Rota ſæpiùs judicaverit, videlicet Papam ſibi per Concordata manus non ligaſſe, ſed in menſibus Ordinariorum cum illis concurrere, illoſque prævenire poſſe, prout etiam in ſpecie in Indulto Cæſareo alternativis proviſionibus Ordinariorum derogatur) id non intelligendum eſſe de Jure, quod Imperium, & Imperatores Pontificibus concedentibus ante dicta Concordata habuerunt, nec illud privilegium ſeu confirmationem conſuetudinis antiquioris præcedentis, per ſubſequentia Concordata ſublatum, & reſtrictum eſſe. Unde manifeſtè apparet, aliud in Imperatore, & Imperio eſſe, quorum jus antiquius eſt ipſis Concordatis, nec illis poſt Concordata demum à Papa conceſſum, ſed antea illud obtinuiſſe eo tempore, quo Papa potuit in omnibus menſibus indiſtinctè beneficia conferre. Atque ſecundum hanc reſolutionem paucis ante annis non pauci Juriſconſulti noſtrates reſponderunt, & inprimis Eximius vir D. Gaſpar à Rupe, J.U. D. & Schabinus Leodien, neque non Sereniſſimi Principis Electoris Colonien. à conſilijs intimis.

*Alia Solutio.* Succedat alia ſolutio, quòd per dicta Concordata nequaquam cenſeatur derogatũ prædictę antiquę conſuetudini cõferẽdi Preces Primarias perſonis

idoneis;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

idoneis: quia illa nihil aliud continent, ut refert Simonett. *tract. de reſervatio. quæſt. 1. num. 4.* quàm extravagantis Execrabilis, & ad regimen, moderationem cum peculiari retentione reſervationum à jure communi duntaxat præſcriptarum, & inſuper reſtituitur ordinarijs facultas conferendi beneficia, quæ antea per dictas reſervationes erat ipſis ablata, ut præter Simonettam *dicto loco*, reſpondit D. Wameſ. *conſil. 255 nu. 5. & conſ. 262. in fi.* Abb. *in cap. ſuper eo, de off. delegati, & in cap. final. de pæ. & remiſ.* Lud. Ro. *conſil.* 237. Creſcēt. *deciſ. 10. de privilegijs*, atque ita interpretandus eſt præinſertus dictorum Concordatorum textus: per quem nullo modo ſublatum cenſeri debet privilegium Imperatori conceſſum Preces Primarias conferendi in toto Imperio cùm illius nulla planè fiat mentio, ut debuit fieri, nam aliàs per generalem diſpoſitionem numquam tollitur peculiare privilegium alicui conceſſum, niſi illius ſpecialis fiat mentio, *per gloſſ. quam ad hoc citant omnes in l. 3 C. de ſilentiarijs, lib. 12. Simonett. tr de reſervatio. quæſt. 99. & 87. n.* 2. ubi dicit illud maximè procedere, quando tale privilegium conceſſum eſt ob remunerationem, ut hic ob benemerita Cæſaris, ut habetur initio Indulti. Atque ita fuit reſolutū in una Leodien. Canonicatus, *de anno 1596 coram Illuſtr. Blanchetto*, teſte Gonzalez *ad Reg. VIII glo. 9. § 2. nu. 7.*

Accedit, privilegij revocationem nequaquam præſumi niſi de illa apertè conſtet, ad cujus probationem plena exactaque fides facienda eſt, *Menoch lib. 6. de præſumpt. nu. 7.* ubi dicit revocationem privilegij & conceſſionis factæ à Principe non præſumi, ne ſe ipſum correxiſſe, & voluntatem mutaſſe præſumatur, *ut reſpondit Dec. in conſil. 168. col. 2. Alciat. reſpon 19. nu. 4. Cravet. conſil. 21. in fi. & Pariſ. conſil. 61. in fi lib. 2. & conſil. 50. nu. 30. vol. 4.* Ubi ſcribit in ſpecie Precum Imperialium, etiamſi Reges aut Reginæ in generali Pontificis conſtitutione nominentur, non venire Imperatorem niſi ſpecificè exprimatur. *3. Solutio*

Sed nec illud ſilentio involvendum eſt, non videri Imperatorem Fredericum per Concordata initia cum S. Sede voluiſſe inſigni huic privilegio, adeoq; Juri ſucceſſoribus ſuis illius ratione competenti præjudicare: Juris enim proprij renunciatio non præſumitur, ſed ita capienda eſt interpretatio, ut illa excludatur, *per Not Tyraquel in leg ſi unquam, in præfatione, nu.* 128. *cum ſequens. C. de revocan, donat. Maſcard de probationibus, concl.* 1263. ubi ſcribit renunciationem dici quandam dilapitationem, nec illam unquam præſumi, adde Anaſtaſ. Germon. *tract. de Indultis Cardin. § Volumus autem.*

Rurſus, objiciunt contrariæ ſententiæ authores argumentum iſtud: Papa in privilegio dato facultati artium Lovanienſi, vult quod facultatis Nominationes præferantur precibus Imperialibus. Sed nominationes facultatis artium Lovanien. non admittuntur in menſe ordinario, obſtantibus Concor- *Aliud arg. pro negativa.*

 datis

datis Nationis Germanicæ, ergò multo minus Preces Imperiales. Vel iſtud: Papa præfert Nominationes Lovanienſium Precibus Imperialibus: ſed Nominationes Lovanien. non habent locum in menſe ordinario propter Concordata Nationis Germanicæ, ergò neque Preces Imperiales.

*Solutio.* Reſpondetur regulariter in Indulto Imperatoris expreſsè & nominatim derogari quibuſcumque Nominationibus; cæterum quod Nominationes non admittantur in menſibus ordinarijs, inde eſt, quia Papa id non voluit, ſed contrarium in Indulto facultatis nominandi expreſsè ſtatuit, idque optima ratione, cum Concordata ſint antiquiora dicto Indulto: Papa enim quoad ejus fieri poteſt non cenſetur velle derogare Juri Ordinariorum, cum quibus licet concurrat in collatione, tamen non debet contra rationem alijs poteſtatem conferendi auferre, *Simonett. de reſervat quæſt* 5. *n.* 5.

*Aliud arg. pro negativa.* Inſuper objiciunt, Juri quæſito per litteras ſeu conceſſiones Apoſtolicas tam de jure communi, quàm per Regulam Cancellariæ 15, non derogatur: ergo neque Preces Imperiales quæ à Papa procedunt, & omnem ſuam authoritatem habent, debent, nec poſſunt impedire aut extrudere eum qui habuerit Nominationem, ſeu Collationem Capituli vel alterius Ordinarij, acceperitque poſſeſſionem antequam ipſæ Preces fuerint debito modo inſinuatæ.

*Solutio.* Argumentum iſtud non impugnat Preces Imperiales quo minus in menſe Ordinariorum admitti debeant, ſed ſaltem poteſtatem Ordinarij non eſſe ligatam, antequam debitè inſinuatæ fuerint, quod forte facilius admitti poterit, prout etiam valet collatio Ordinarij antequam ipſi mandatum de providendo alicui à S. Pontifice conceſſum inſinuetur. *Gloſ.* 2. *in cap. fin. de præb. cap. ſi capitulum, cap. ſi ſoli, de conceſſ. præbend. in* 6. licet ſecus eſſet, ſi Pontifex re ipſa jam Canonicum aliquem creaſſet, & mandaſſet illi provideri de prima præbenda vacatura, tunc enim etiam ignorantis Ordinarij manus ligatæ forent, *Cap. ſi poſtquam, de præb. in* 6. Quod in Precibus non fit, ſed tantum proviſio in futurum mandatur nullo jure de præſenti Preciſtæ collato.

Verum enimuero, illud multarum reſolutionum inſtar eſſe videtur, quod ex ipſo Precum Imperialium textu diſertè conſtare dicitur, Preces Imperiales dirigi ad Ordinarios quocumque menſe vacaverint, & prædeceſſorum Imperatorum precibus hactenus reverenter paritum eſſe, teſtantur plurimorũ exemplatum Leodij, tum paſſim in Germania etiam ijs in Collegijs quæ prætenſam reformatam, ut vacant, religionem excolunt, ut certè Ordinarij Germaniæ, qui Orthodoxam profitentur religionem, multo magis admittere debeant in ſuis menſibus Primarias iſtas Preces, multis retro ſeculis ali- quin à ſuis deceſſoribus receptas: quas etiam in ſuis ditionibus admiſiſſe Seren, Electorem Colonienſem Principem, & Epiſcopum noſtrum omni laude digniſſimum, omnibus pernotum eſt. Cùm itaque obſervantia ævi noſtri, &

antiqui differentiam menſium in Precibns Imperialibus non admiſerit, illa nunc non debet induci, vera enim interpretatio ſumitur à practica, ſeu ab eo quod fieri conſuetum eſt, *L. Minimè, ff. de leg. cap. dilectus, de conſuetudine*, ac ideò dixit Baldus, *per textum in l illud de exciſ. Tutor.* quod ab antiqua practica recedendum non eſt, *Reſtaurus Caſtaldus de Imp. quæſt. 24. nu. 2.* Imò licet jus illud Imperatorum non foret ſatis fundatum, tamen ab Imperij membris, & ſubditis Preces non debent ſperni, maximè cum ad Preces Archiepiſcopales hactenus collationes in menſibus Ordinariorum denegatæ non ſint, ut ſine inſigni injuria, id contra Imperatorem, & antiquo Jure Imperij & Pontificis utentem tentari vix poſſe videatur. Eſt enim juris explorati, poſſeſſionem immemorialem juvare poſſeſſionem donatam, *Bald. in l Ius ejus, C. de Probat Philipp. Probus tr. Iur. Reg. q. 51.* Sanè, ſi contra expreſsam Indulti Pontificij, & precum Imperialium diſpoſitionē ſoli menſes Pontifici reſervati Precibus includerentur, nihil opus aut neceſſe foret Capitula aut alios Ordinarios pro Collatione adire, ſed illa directè ab ipſo Pontifice, vel executoribus à S. Sede deputatis dari fierive poſſe, nec facto Ordinariorum in caſu hoc aliquo modo opus foret, eoque caſu Archiepiſcopis, & alijs Principibus, qui Indulta ſpecialia habent conferendi beneficia in menſibus Pontificijs vacātia, per ejuſmodi Preces injuria aliqua fieri videretur, quod ipſis ſolis conferretur per illas Preces facultas utendi in ſuis Indultis vacantia in menſibus Apoſtolicis conferendi, & reliquis inferioribus plena libertas poſt ſupradictam inveteratam conſuetudinem Precum Imperialium per Concordata authoritate & interventu Imperatoris certis menſibus obtenta idem faciendi remaneret.

Denique & poſtremò ſacrum *Rotæ* auditorium (quo nullum eſt toto in orbe præſtantius, propter multiplicem virorum prudentiam de cauſis ſæpenumerò diſputantium concurſum, quorum mutuæ, & frequentes diſputationes & inter agendum actiones eminentem illis pariunt ſcientiam rerumque omnium experientiam, teſte Ludovico Gomeſ. *in proœm. Reg. Cancell. quæſt. 2. verſ. 4.*) proponente R.P.D. Coccino 4. Maij 1618. viro ab eruditione, ſingularique prudentia & animi (quod rarum eſt in ejuſmodi dotibus) modeſtia commendatiſſimo, reſolvit, in menſibus etiam ordinarijs Primarias Preces locum habere, neque illis obſtare Concordata nationis Germanicæ. Ut autem illius notitia omnibus tam Ordinarijs, quam etiam Preciſtis, quibus potiſſimum hæc ſcribuntur, innoteſcat, libuit deciſionem ipſam de verbo ad verbum hic attexere. *Sanct.mus D.N. Sacræ Cæſareæ Majeſtati conceßit Indultum, ut vocant, Primariarum Precum, per quod eidem datur facultas, ut nominare poßit ad prima beneficia vacatura, dummodo in generali vacatione quatuor beneficia contineantur: unde dubitavi an in dicto Indulto comprehendantur vacationes in menſibus Ordinariorum, ita ut nominati poßint beneficia in dictis menſibus vacantia acceptare: & Domini affirmativè reſponderunt, quoad loca, quæ comprehenduntur*

in dicto

in dicto Indulto, de quibus Creſcent. deciſ. 3. de præbend. Sarnen. deciſ. 8. in manuſcript. Ratio reſolutionis fuit, quia in dicto Indulto in verſic hinc eſt. S.mus indulſit, quod ſi Imperator quibuſvis Collatoribus ſeu Collatricibus quorumcumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum &c. Preces porrexit pro aliqua perſona ad beneficium aliquod nominata, dicti Collatores, vel Collatrices dictis Precibus parere cogantur, & propterea cùm Indultum loquatur de quibuſvis Collatoribus &c. comprehendit tam ordinarios, quam extraordinarios, glo. in Clem. 1. verſ. quodcumque, de vita & honeſt Cler. Creſcent. deciſ 20. nu. 2. de præbend & beneficia vacantia in menſibus ordinarijs quia nihil eſt aliud parere Precibus ad favorem perſonarum nominatarum, quam facere collationem dictis perſonis ab Imper. nominatis, ut in individuo dixerunt Specul. de præbend. & dignit §. reſtat. nu. 7 & ibi Jo. And. littera C. & in cap. is cui, n. 1. eod tit. in 6. Vlterius hoc evidentiſſimè probatur, quia in eodem Indulto in verſ. quod quicumque &c. diſponitur ut quicumque executores per Imperatorem nominati, poſſint conferre beneficia, etiam Collatoribus Ordinarijs per conceſſiones Apoſtolicas aut litteras alternativè aliaque privilegia quæcumq; illis competentia aut alijs quibuſcumq; menſibus vacaverint. Quibus verbis nihil clarius dici potuiſſe videtur, ad oſtendendum; quod hujuſmodi Indultum comprehendit etiam beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum, cùm alias dicta facultas fruſtrà Executoribus ab Imperatore nominandis concederetur: Quod etiam magis confirmatur ex verbis immediatè ſequentibus, ubi talis facultas extenditur, etiamſi beneficia fuerint Sedi Apoſtolicæ reſervata, præterquam per Extravag. ad Regimen, cujus dictionis, etiam, natura eſt exprimere caſum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem, Doctor. in l. quod ſi patris, C. unde liber. Igitur ſignum eſt, quod minùs erat dubium comprehendi beneficia non reſervata, & quæ ſunt de collatione Ordinariorum, & ſic in menſibus Ordinarijs vacantia.

Nonobſtant Concordata Germaniæ, cùm illis nominatim & expreſſè prout requiritur fuerit derogatum Et ita concluſum 4. Maij. 1618.

An Preces afficiant beneficia in in diœceſi Leodien. in menſibus Ordinariorum.

Atque hæc quidem indubitata ſunt in Germania, neque etiam Germani, ut exiſtimo (niſi quis fortè fluctus in ſympulo excitare volet) reluctaturi ſunt: Sed utrum uſquequaq; exploratum ſit in Diœceſi iſta Leodienſi; mihi hic aqua hæret, propter inferiores Collatores, qui nituntur conſtitutione Eugenij IV. de data anni 1432 quam ſpeciali ſua conſtitutione confirmavit Pius II. anno 1458. & poſtea Sixtus IV. anno 1479 quæ quidem conſtitutio pluribus annis præcedit Concordata nationis Germanicæ; Ea enim conſtitutione id ipſum ſtatuitur, idque motu proprio, quod poſtea in Concordatis inter inclytam Nationem Germanicam, & S. Sedem pactum, conventumque eſt, nimirum liberam relinqui collationem Epiſcopo Leodien, aliiſque Ordinarijs Collatoribus, eorumque ſucceſſoribus canonicatuum, beneficiorum &c. quæ perpetuis futuris temporibus in Februarij Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris, vacare contigerit, dummodo illa diſpoſitioni Apo-

ſtolicæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtolicæ per modos reſervationum in litteris Eugenij expreſſos, generaliter reſervata non ſint decernentes irritum, & inane &c. Ex quo inferunt, cum duobus his privilegijs muniti ſint Leodien. utpotè Eugenianæ conſtitutionis, & Concordatorum, Indultum Cæſareum, quod facultatem Cæſari nominandi, ſeu nominationes Primarias concedendi ad beneficia in toto Imperio exiſtentia impertitur, minùs illos afficere, cùm Pontifex in illo, etiamſi Concordatis derogarit, non tamen derogavit dictæ conſtitutioni Eugenianę eſt enim juris non incerti, ut duobus impedimentis exiſtentibus, uno ſublato, remaneat aliud, *cap. Paſtoralis, de privilegijs, cap. ex tuarum, de Aucto. & uſu pallij, Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. glo.* 13. *in pr. nu.* 93. præſertim ubi adeſt clauſula irritans, ut in dictis conſtitutionibus, quæ clauſula irritat omnes & quaſcumque alias conſtitutiones quorumcumque tenorum, & quaſcumque derogatorias clauſulas continentes &c. Sed quid ad Reſolutionem Rotæ ſuæ præſcriptam? quid ad clauſulam derogatoriam conſtitutionum quarumcumque quandocumque editarum & edendarum? quæ habetur inter clauſulas hujus Indulti derogatorias; quid quod Papa poteſt revocare privilegium per Sedem Apoſtolicam conceſſum, etiamſi privilegium habeat clauſulam derogatoriam? *Card. Tuſchus Tom. 6. pract. concluſ. concluſ.* 751. *nu.* 58. Itaque cogitandum, ſed ex uſu reip. eſſet, ſi S. D. N. ſuper eo conſuleretur per aperitionem oris ut loquimur. Eſt enim Principis ſua privilegia interpretari, ut notat Decius & alij *in L. Neratius, ff. de Reg. jur.* Gabriel. *conſ.* 182. *num.* 14. *& ſeq.* Card. Tuſchus *tract. pract. concluſ. tom.* 6. *concluſ.* 737. maximè cum non deſint exempla antiqua & recentia utramlibet ſententiam confirmantia, licet alioqui non exemplis, ſed legibus judicandum ſit. *L. nemo, C. de ſenten. & interloc. om. iud.*

*Leodien. duplici privilegio muniti ſunt.*

d AVT PER LITTERAS ALTERNATIVAS) Puta per Reg. VIII. Cancell. de Reſervatione menſium Apoſt. & alternativa, per quam dantur Epiſcopis illam acceptantibus, & reſidentibus ſex menſes ad conferendum beneficia in ſuis Eccleſijs vacantia, & ſic Papa derogat litteris alternativis, alioquin beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum non fuiſſent affecta Preciſtis, quod multi aſſerere voluerunt, ſed fruſtra, ut patet, & latius oſtendi ſupra *in gloſ. cum in quibuſvis,*

VACAVERINT) An Preces habeant locum in quacumque vacatione, ſeu in beneficiis quovis modo vacantibus? & an in beneficiis reſervatis? Pro elucidatione prioris dubii ſciendum, præter communem vacationis modum, qui eſt per obitum, aliam eſſe de jure & de facto, *ut in cap. 2. de conceſſ. præbend.* aliam de facto ſolùm, & non de jure, quia nimirum beneficium non eſt liberum, eò quòd Collatarius non ſit adeptus poſſeſſionem, & dependet ab ipſius voluntate, *cap. ſi tibi, de præbend. in 6.* aliam denique eſſe vacationem de jure tantùm, ut quia incumbit poſſeſſioni coloratæ, de quo eſt caſus in cap. cùm in

*Preces an habeant locum in quacunq. vacatione*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtris, de conceſſ. præbend. Ex quo patebit reſolutio dictorum dubiorum, nimirum ut beneficia vacantia de jure, & de facto Preciſtis ſint affecta, exceptis tamen iis, ex quibus reſultat reſervatio, Extravag. ad Regimen. Nam verbum *vacare* adaptatur cuicunque vacationi, *L. ſi quis ſic ſtipuletur, ff. ſol. matr. glo. in cap. ſi propter, de Reſcript. in 6. Bald. in cap. Ex parte* 1. *ubi textus, col.* 2. *de off. delegat.* Itaque beneficia ipſo jure vacantia, videlicet per contractum matrimonij, ingreſſum religionis, per Promotionem, aliiſque modis quos complexus ſum gloſ. VIII. Ad Reg. VIII Cancellariæ, Precibus Cæſareis erunt affecta.

e INTRA MENSEM) Diſponitur hic, ut Preciſtæ intra menſem à die vacationis beneficiorum acceptent, & meritò: Nam diutina Eccleſiarum vacatio, diſpendioſa eſt, *cap. quam ſit, de electio* Itaque debet intra menſem per ſe vel per procuratorem ad id ſpeciale mandatum habentem acceptare. Sed an per laicum? an per ſubſtitutum? dixi ſuprà *in gloſ. per ſe vel alium.* In quo tamen adhuc adverte, elucidando d. gloſſam, ſubſtitutum à procuratore cenſeri procuratorem, *cap.* 1. *§. cap is qui, & cap. ſi duo. de Procurat. in* 6. & cenſetur à Domino conſtitutus, quando à Domino habet ſpeciale mandatum, alioqui non, *Rota deciſ.* 146 *in ip. ſubſtitutus, de Procurat. in No. & deciſ.* 464. *etiam in no. per textum, in L. item eorum, § ſi Decuriones, ff. quod cuiuſque uni. nom. & deciſ.* 414 *&* 454. *etiam in No.* Itaque ſi Procurator non haberet poteſtatem ſubſtituendi à Domino, non valeret acceptatio ab illo ſubſtituto facta. Sed quid ſi ſubſtitutus, aut alius non habens mandatum ſpeciale ad acceptandum, acceptet, an tum ſufficiat Preciſtæ ratihabitio? ſufficiet; dummodo ſit facta ratihabitio intra tempus ad acceptandum, *Covar var. reſol lib.* 3. *cap* 11. *nu.* 5. Nam in his quæ mandatum ſpeciale exigunt ratihabitio locum obtinet, & admittenda eſt, *text. in c. ult. de Iureiur Alex. conſ.* 78. *lib.* 5 *Fely. in cap. ſicut* 2. *de Simonia, Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, § iuſſum ff. de acq. hæred* Rebuff. tract. *Nominat. quæſt* 14. *nu.* 176. *quem etiam vide nu.* 177. ubi inſuper quærit, an inhabilis poſſit conſt tui procurator ad ſubſtituendum habilem, quam quæſtionem diverſis ſolvit diſtinctionibus, *& n* 178 *&* 184. ubi quærit quid de conjuncta perſona, & de Procuratore dato ad acceptandum & reſignantum, ſi poſtea collatum fuit nominato beneficium, an talis conſtitutus procurator poſſit reſignare, vel permutare? eum conſule, nolo enim ſcedas iſtas ſubitarias inventis aliorum replere. Itaq; regredior unde diverti, & quæro, à quo tempore menſis iſte datus ad acceptantum incipiat currere? & videtur quod à tempore publicæ vacationis in loco vel Eccleſia beneficii vacantis, *per text. in Clem.* 1. *de conceſſ. præbend Bellam. concluſ.* 574. Quod tamen intellige, niſi Preciſtæ probaretur abſentia, vel ſimilis cauſſa, quæ juſtam ignorantiæ cauſſam præberet, qua de re videatur Maſcard *de probat. concluſ.* 1100. *&* 880. *Menoch. lib.* 6.

*Preciſta an per ſubſtitutum optare poſſit*

*Ratihabitio Preciſtæ quando valeat.*

*A quo tempore menſis datur.*

*lib 6. præſumpt. 23. & de arbitrar Iud. caſu* 186. Alex. Moneta *de Opt. Can. cap.* 6. *concluſ. 2. per totum.* Sed an Preciſta poſſit acceptare beneficium poſt menſem à tempore vacationis, ſi res adhuc ſit integra, hoc eſt, ſi beneficium adhuc vacaverit, & necdum ſit alteri collatum; Staphil. de litt grat. *tit. de vi & effectu, verſ. 5. non eſt omittendum*, videtur tenere affirmativam, ſed ſatis vacillante manu, quam confirmo hac ratione: Per Cæſareas Preces non agitur de novo jure quærendo, ſed de quæſito per Nominationem conſervando: Ideoque acceptatio invalida diſpoſitionem facultatemque acceptandi non conſumit, *L. matrimonij cauſſa, ff. Qui & à quibus.* Verum, res jam videtur extra controverſiam propter clauſulam non obſtantiarum hujus Indulti ibi: *& diligentijs per acceptantes deſuper faciendis &c.* alias eſſemus in conflictu opinionum, per not. Staphil. *d. tit.* Jo. Nicol. Gemontij *tract. de grat. expectat. cap. 6. num.* 14. *& ſeqq.* Nihilominus ſi non eſſent iſtæ clauſulæ derogatoriæ, exiſtimarim Preciſtam excidere à ſuis Precibus, qui intra menſem per ſe vel alium non acceptat: quia qui non acceptat intra tempus, non dicitur obſervare formam, *Bald. in Auth. quæ ſupplicatio, in fin.* C. *de Precibus Imper. offer. text. in L. ſcire, §. conſequens, ff. de excuſ tut. Modern. Pariſienſ. ad conſuet. Pariſ.* §. 13. *glo* 10. *num.* 4. & per conſequens actus eſt nullus; *Rebuff. tract. nominat quæſtio.* 16. *num.* 6. atque ita ſecundus Impetrans præferretur primo Impetranti, præſertim quando eſt in notabili negligentia ad præſentationem ſui juris, *Ruzæus tract. Iuris Regaliorum, privileg.* 4. dicitur autem quis conſtitutus in notabili negligentia, quando primus Impetrans permittit, ut præbenda vacans conferatur ſecundo Impetranti, ita quòd proceditur ad executionem illius collationis, *cap. tibi, qui, de Reſcript. in 6. cap. ſi Clericus, verbo negligenter petere diſtulerit, de præbend. in 6. Ruzæus tract. Iuris Regaliorum, privilegio* 4. vel quando eſt tempus ſpecialiter conſtitutum, ut hic, *textus in Clem. una, verbo intra menſem, de conceſſ. præbend. Fel r. in cap. Sin autem, de Reſcript.* quia quando quis tenetur ad factum limitato tempore, ſi non facit, probatur negligentia, *L 3. §. ſi ad diem, ff. de re militari, L. 2. §. ſed ſi quis, ff. ſi quis cautio. &* Impetranti incumbit onus probandi acceptationem in tempore factam, quia, ubi certum & limitatum vel alias qualitas eſt fundamentum intentionis, ſive actoris, ſive rei, oportet quod illud tempus, & illa qualitas probatur per eum, qui ſe in illa fundat, *Bart. in L. non ſolum, §. ſed ut probari, ff. de oper. No. nunciat.* Ex quo igitur in Indulto datur pro forma menſis ſpatium ad acceptandum, videtur quod poſt illud acceptare non poſſit, *arg. L. cum prætor, ff. de Iudic.* & dato quod poſt menſem, inquit Staphil. *d. tit.* re adhuc integra, poſſet acceptare, tamen Executor ipſi providere non poſſet, obſtante forma mandati, & pro hac parte inclinat Rota *dicta deciſione* 34. *Nota quod*

*An Preciſta poſſit acceptare poſt menſem, ſi res ſit adhuc integra.*

*ubi Impetrans,in antiq.* In quo tamen ſubſiſto. Videatur Staphileus, *dicto tit. de vi & effect. clauſ.*

*Quid ſi Preciſta negligat petere primam, an poſſit poſtea ſecundam nulli adhuc debitam petere.*

Dubitatur ulterius in eleganti,ſed ſinuoſa quæſtione,an ſi Preciſta ſit negligens in acceptando primam vacantem, poſſit nihilominus petere ſecundam nulli adhuc debitam; lucis cauſſa,finge Petrum Preciſtam purè, & ſimpliciter intra menſem acceptaſſe,&ab illa acceptatione expreſsè vel tacitè reſilijſſe, præbendamque aliam ex nova vacatione in vim earundem Precum acceptaſſe,an potuit? Articulus iſte acriter nuper fuit diſcuſſus in una Precum Paderbornen. & Hildeſien. ſed quia talis eſt ut ex Indulti verbis, aut illius diſpoſitione decidi nequeat,recurremus ad juris noſtri diſpoſitionem,quam ſi penſiculatè attendamus, non dubiè propoſitam quæſtionem pro negativa reſolvemus. Ecce imprimis jure civili ſtatutum eſt variationem impermiſſam eſſe,de quo eſt textus *in L. Is, qui Stichum,ff. de procur.* ubi ſe is qui Stichum vel Daniam utrum eorum ipſe vellet,ſtipulatus, & ipſe aut procurator ipſius,cujus factum ratum habuerit, alterum petijt,ſtipulatio conſumpta eſt,id eſt,alterum petere non poteſt, *& in L. ſervi electione, in princ. ff. de leg.* 1. ubi ſervi electione legata ſemel dumtaxat optare poſſumus:cui legi cōſonat textus *in L. apud Aufidium,ff. de Opt legata*,ubi ſi ita legatum ſit,veſtimenta ſumat quæ velit,deinde antequam ea ſumeret,alia ſe velle dixiſſet, mutare voluntatem eum non poſſe: quia omne jus legati prima teſtatione conſumſit: textus etiam *in L. ſi is à quo, §. ult. ff. ut in poß. leg.* ubi ſi ſemel ſatisdatum fuerit,caveri rurſus non eſt neceſſe,etiamſi fortè dicatur egenos fidejuſſores eſſe datos &c.

*Variatio reprobatur.*

Hinc fit ut omnis diſpoſitio in dubio reſtringatur ad primum actum; *text. in L. eum, qui Calendis,ff. de verb. oblig. & in L. ſi duo, §.1. de verb. ſignif.* Ex quo etiam ſequitur, ut qui ſemel intentionem ſuam ſaltem facto declaravit, non liceat ei amplius variare, *L. Paulus, ff. rem ratam haberi.* Atque hæc quidem ex jure civili deducta, confirmantur ſacris PONTIFICUM ſanctionibus, & inprimis text. *in cap. ſi Clericus in princ. de præbend. in 6.* ubi ſi ſimpliciter mandatum fuerit à ſancto PONTIFICE alium provideri de beneficio, vacaturo intelligitur de primo, ita ut ſi pro quo mandatum fuerit, negligens fuerit in primo beneficio petendo, conſumpta extinctaque ſit ea gratia ut ex eo text. notant Dominic. Francus & alij: alludit text. & gloſ. *in cap. gratia in verborum eligas, de Reſcript. in 6.* ubi dicitur, ſi quis ſemel unum beneficium elegerit, conſumpta erit electio,nec poterit aliud eligere, *per cap. ult. d. tit. & cap. 1. de poſtulat. & ibidem Archidiac, in d. cap. gratia col. 2. verſic. ſed quid ſi unum elegerit.* Ex eodem fonte procedit,quod imbibit gloſſa, *in cap. quia cunctis, in verb. cauſſa, de conceſſ. præbend. in 6.* Reſcriptum de providendo alicui de dignitate vacante

quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam is duxerit acceptandam, intelligitur de prima, non etiam de ſecunda, niſi ex cauſa, tanquam ſcilicet conſumpta ſit ea acceptatio prima per eum facta, *d. cap. quia in cunctis, & L. apud Iulianum, ff. de Opt. Legata, Tyraquel. ad legem Boves, §. hoc ſermone, nu. 55. de verb. ſignif.* Inſuper adducitur textus *in Clem. 1. de renunciat.* ubi electione ſemel facta liberum non eſt eligentibus variare; ut nec ijs qui in Eccleſia jus & facultatem nominandi habent, ſi ſemel nominaverint, variandi poteſtas non conceditur, *gloſ in cap. cum vos, de off. ordinarij, Covaſ. de off. Electio. part. 4. cap. 6. nu. 10.* Similiter ſi abſenti beneficium ſit collatũ, ex illius acceptatione jus illi quæſitum eſt, *gloſ. in cap. ſi tibi abſenti, de præb.* adeo ut in præjudicium tertij variare, voluntatemque mutare non poſſit: Nam quoties ex voluntatis mutatione alteri impedimentum vel detrimentum affertur, variatio reprobatur, & eo caſu obtinet Reg. juris: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, *cap. mutare, de Reg. juris in 6.* Maximè Eccleſiaſticis, quos decet eſſe conſtantes, & non Protheo mutabiliores. Ex quibus omnibus abunde firmatam atque ſtabilitam eſſe exiſtimo negativam quam propoſui, ſuſtinuique opinionem. Quam tamen limito inprimis cum Tiraquello *in d. l. boves*, ut non procedat, quando non valuit primus actus, quia tunc reiterandus eſt: nam diſpoſitio loquens de actu, intelligitur de primo qui valuit, *text. in lib. qui per ſalutem, ff. de Iureiur. Fely. in cap. 2. de Treuga & pace.* Secundo, niſi acceptans non poſſit conſequi id quod acceptavit, *Hoſtien. cap. quia in cunctis, §. pen. de conceſſ. præbend. in 6. arg. lib. 2. de Opt. legata, l. maritus, §. fi. ff. de Adult.* Tertiò, niſi acceptans proteſtetur in ſua acceptatione, quod non intendit acceptare niſi quatenus de jure ſibi debeatur, & in quantum poſſit pacificè adipiſci poſſeſſionem, *glo. pragm. ſanctio §. ita tamen quod, verbo, nominatorum, de collat arg. l. fi. debitor, ff. quib. mod pig. ſol. Arnulphus Ruzæus tract. juris Regalium privileg. 21.* quam proteſtationem ſi interpoſuiſſet Preciſta ille Hildeſienſis, melius ſibi haud dubiè conſuluiſſet. Itaque prudentior fuit Preciſta ille Paderbonen cui ſua Cæſ. Majeſtas Primarias Preces conceſſerat ad primam vacaturam præbendam in Eccleſia Paderbornen. Ac quia caſus iſte, quem mihi communicavit magnæ cum eruditionis, tum prudentiæ vir Arnoldus Aldenhovius. Ser.mi Principis Electoris Colonienſis à conſilijs intimis elegans eſt, & aliquando adhuc uſuvenire poteſt, illum ita uti accidit in medium producam: Cæſar Matthias accepto Indulto Pontificio conceſſit primarias Preces Joanni ad primam vacaturam in Cathedrali Paderbornen. quas idem Joannes inſinuavit in tempore Capitulo occurrente demũ in menſe ordinario vacatione præbendæ, idem Joannes illam acceptavit, verum hac lege; ſi Preces locum obtinerent in menſe ordinario, petijtque ſibi ejuſdem præbendæ poſſeſſionem tradi, deque fructibus reſponderi. Non obſtante iſta Preciſtæ acceptatione accidit Capitulum ad nominationem Tur-

*Variatio quando locus ſit.*

*Caſus Precum Eccleſiæ Paderbornen.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

narij conferre Petro, cui dictato per Joannem judicio, moritur interea alius Canonicus dictæ Eccleſiæ, etiam in menſe Ordinario, cujus præbendam dictus Joannes jam informatus Preces etiã ordinarios menſes capere, acceptat, & quidem ſimpliciter. Itaque dubitatur utra acceptatio eſſet præferenda, & an variatio Joannis huic proviſo nocere debeat, quoad primam; Ratio dubitandi eſt, quod per aſſecutionem incompatibilis vacet primum, *c. de multa de præbend.* videturque tacitè renunciare aceptationi primæ, *glo. in Clem gratiæ, verbo renunciare, de Reſcript.* Decidendi ratio, quod incompatibilitas beneficij non eſt cauſa, cur habenti tale, alterum conferri non poſſit: cùm etiam jure veteri, quo dignitatum & curatorum accumulatio cum majore odio, & præciſius prohibetur incompatibilitas, *d. cap de multa, Extravag. Execrabilis*, nullum faciat impedimentum in acquiſitione, ſed duntaxat in retentione, ut nimirum poſt acquiſitum incompatibile, aliud ejuſdem aut diverſi generis incompatibile acquiri quidem poſſit, ſed ita ut acquiſito poſteriore cum effectu, id eſt, pacificè, prius ipſo jure vacet, *VVameſ conſ. 244. nu. 7. vol. 1* At verò in facto præſentis quæſtionis, cum D. Joannes dumtaxat acceptaverit primum cum proteſtatione & conditione, ſi & in quantum Preces in menſibus ordinariorum valerent, profecto nihil re ipſa aſſecutus eſt, ſaltem, ut ex acceptatione ſecundæ præbendæ induci poſſit incompatibilitas, ex qua eliciatur renunciatio primæ: quod enim pendet, inquit I C. non eſt pro eo quaſi ſit, *L. Is damnum dat, §. quod pendet, de reg. iur.* Itaque cum non poſſit Joannes effectu ſecundæ acceptationis gaudere, maximè in præjudicium Petri proviſi de ſecunda, nulla videtur ratio ſuadere, ut effectu prioris acceptationis fruſtretur: Reſtrictio enim ad primum actum locum non habet, quando quis in primo actu ſuo nulla ſua culpa fuit deceptus, tunc enim ad alium accedere aut redire poteſt. *Tyraquel. ad d. lib. Boves § hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* Atqui in præſenti caſu, nulla poteſt imputari culpa Domino Joanni, propter errorem juris dubij, an Preces deberent & poſſent locum obtinere in menſibus Ordinariorum, de quo adhuc ſub Judice lis eſt: nam error juris valde dubij æquiparatur errori facti, qui excuſat, ut reſolvit meo tempore Rota *coram R. P. D. Coccino in una Viſeten. Canonicatus ſuper incompatibilitate Mercurij, 16. Novem. 1611. per Fely. in c. de quarta de Præſcript. nu. 27. Capyc. deciſ. 10 nu. 20. Covar. c poſſeſſor, parte 2. §. 7 n. 9. verſ. Tertia concluſio de Reg. iur. in 6* Neque moveat quòd Pontifex in ſuo Indulto reliquerit in arbitratu Preciſtæ, acceptandi quandocunq; & quodcunq; maluerit, aut duxerit acceptandum: quia ex eo non infertur Preciſtę dari facultatẽ variandi, præſertim re nõ integra, ut in pręſenti caſu ex collatione D. Petro facta: nã clauſula quod duxerit acceptandũ aliud nõ tribuit Preciſtę, niſi ut poſſit acceptare primũ ſi velit; ſin aliter, ſecundum poſſit expectare, illudq́; acceptare, ſi nec iſtud, tertiũ, & ſic de cęteris quod ſi ſemel unum acceptarit, ex eo non datur ei variandi facultas, juxta concluſionem

per

per nos propoſitam, probatam: licet illam paulo ante tribus limitarim modis, quibus aliam addo limitationem, nimirũ niſi Preciſta errore ductus elegerit ſeu acceptarit beneficium alteri collatum, vel debitum: tunc enim poterit aliud eligere & acceptare, *gloſ. in cap. quia in cunctis, in fi. verb. cauſſa, de conceſſ. præbend. in 6. Tyraquell. in d. § hoc ſermone, limitatione* 21. ubi multam DD. claſſem ſuo more producit, electa enim via inutili non tollitur alia utilis, *L mater decedens, ubi DD. de Inoff. teſtam. L. Claudius, ff. de acq. hæred.* Hinc Gigas eodem ſenſu ſcripſit per acceptationem invalidam non conſumi gratiam, *tract. de Penſio. quæſt. 29. num.* 10 *Rom conſ* 329. *ubi latè.* quod intellige, niſi prudens, ſcienſque acceptet, ut probat prolixè Tyraquel. *de §. hoc ſermone.*

Affinis quæſtio proponi hic poteſt, nimirum ſi Preciſta acceptavit beneficium, & requiſivit ſibi conferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen vacabat per obitum Joannis, an valeat acceptatio; & videtur quod non, quia non valet impetratio, ſi hoc modo fiat: videlicet quidam impetravit beneficium vacans per obitum Joannis, & vacabat per obitum Petri, etiamſi apponeretur clauſula, & quovis alio modo vacet, tamen non deberetur Impetranti quando vacat per aliam perſonam quam expreſſam: nam expreſſo uno modo vacandi non venit alius, *cap. ſuſceptum, de Reſcriptis in 6.* Nihilominus contraria opinio videtur verior, videlicet acceptationem Preciſtæ, quando conſtat de corpore beneficij valere, 1. quia eligens jus ſibi falſa opinione cõpetens, illud quod ſibi competit, non amittit, *L. mater, §. nec eam, ff. de inoff. teſtam. l. legitimam, ff. de petit. hæred lib. 2. C. de fidei com* 2 quia falſa demonſtratio quando conſtat de corpore non vitiat, *lib. demonſtratio, ff. de Condit. & demonſtrat, lib. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg* 1. *Rebuff. tract. nominat. quæſt.* 14. nam quando in corpus quod traditur conſentimus, in cauſſis verò diſſentimus, nihil eſt cauſſæ cur inefficax ſit traditio, *L. cùm in corpus, ff. de acq. rer. dom gloſ in §. Item quod ad dictas, verbo, Nominatorum, de collat. in Pragm. ſanctio. Rota deciſ.* 133. *error, in no. & deciſ.* 407 *Si expectans, etiam in No.* Non obſtant ſupra adducta, inquit Rebuff. quia loquuntur in proviſione, ſecus in acceptatione, quæ non eſt niſi quædam voluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ, ut prædictum eſt. Ideo non mirum ſi erretur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio, dummodo ſequatur poſtea vera, & effectualis proviſio quæ datius, *cap. ſi tibi, de præbend. in 6. Rota deciſ.* 219. *licet impetrans, in no Rebuff quæſt* 17. *num.* 25. *& ſeqq.* ubi etiam *num.* 27. quærit an teneatur Nominatus probare titulum ſui prædeceſſoris, & reſolvit negativè & rectè, vide quæ hæc de re notavi *in tract. de permut. benef part.* 3. *quæſt.* 11 Plura de acceptatione facienda intra menſem vide quæ ſupra notavi, *in gloſ. verbi, intra menſem.*

*Error nominis an noceat Preciſtæ*

Amplius

*Ordinarius ſi neglecto Preciſta alteri conferat an poſtea preciſtæ requirenti poſſit conferre.*

Amplius dubitatur, ſi Ordinarius alteri conferat non Præciſtæ, tempore debito, an poſtea eidem Preciſtæ reqvirenti poſſit conferre? dubitationem movet, quod in beneficialibus prohibita ſit variatio, *Clem.1.de renunciat. quod & alibi diximus.* Nihilominus contrarium verius videtur, *per c.fin. de Inrepat.* quod ad hoc laudat Rebuff. *tract nominat. quæſt.16.nu* 13. nec obſtat dicta ratio dubitandi, quia melius eſt ſe ipſum corrigere, quàm ab alio corrigi, §. 1. *Auth.de nupt.* Deinde non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, *Reg.non præſtat de Reg.in 6.* atqui prima collatio non tenuit, obſtante decreto irritanti huic Indulto inſerto, Ergo &c.

*Si concurrant cum Preciſta duo proviſi, unus, à Papa, & alter à Vicario Ordinarij, quid juris.*

Sed quid ſi negligente aut recuſante Ordinario conferræ præciſtæ, hic recurrat ad Vicarium, qui ignarus collationis ab Ordinario alteri factæ, eandem conferat Præciſtæ, & alius interim impetrat à Papa? quis iſtorum præferendus? Et videtur quod Apoſtolicus; quia Papa poteſt prævenire Ordinarios, & conferre, *cap.2.de præbend.* Nihilominus præferenda Vicarij collatio ſi confert uti Executor Apoſtolicus vigore Precum, ideóque poterit ſupplere moram Ordinarij: Nam licet Vicarius non poſſit expedire ea quæ ſunt meræ gratiæ, poteſt tamen expedire ea quæ ſunt Juſtitiæ, & neceſſitatis, *Guil. de monte Landuno in Clemen. una, de off. Vicar. & DD. in cap. fin. d. tit.* 6.

*An menſis datus ad acceptandum currat cõtra minorem vel impeditum.*

Rurſus an tempus iſtud unius menſis curret contra minorem, vel contra impeditum? probabile eſt illud tempus non currere durante minori ætate, vel impedimento, *L.1.C de annal.except.L.ob commiſſa,C de Adult L. ſcire oportet,§. ſufficit ff de excuſ.tut*, ex quibus illa regula fit, quod impedito non currit tempus, quam inter alios probat. *Tiraq.de retraicte lign.§.3.gloſ.4.& retract. convent §.2 gloſ 1.nu.* 78. dummodo tamen illud impedimentum non ſit affectatum, *Tiraquel d.tract de retraict.lign.§.35. gloſ. 4. num. 29. Alexander Moneta d. Opt.Can cap 2.quæſt.* 5.ubi ſcribit multo magis non currere tempus minoribus, durante juſto impedimento: ſic etiam abſentibus juſta de cauſa tempus non curret, *text.in L.1.ff.Ex quibus cauſis maiores.* Dubitationẽ tamen movet, quod in beneficialibus, & aliis ſpiritualibus minor cenſetur major, *cap.ex parte,de reſtitut. ſpol. cap.ſi annum, de Iudiciis in 6.* & cenſendus ſui iuris eſt, ſicut filius familias in caſtrenſi peculio, *L 2.ff.Ad Macedo.* Sed iſtud ſolvitur hoc modo; verum illud eſſe in his quæ ſunt mere ſpiritualia, *ut poſt gloſ. Abb. Anch. & alios in cap ex parte,de reſtitut.ſpol. Sfort.tract.de reſtit.in integr.quæſt. 6 articulo* 1. ut ſunt matrimonium, ingreſſus religionis, votum, & ſimilia: nam in aliis, quæ non ſunt mere ſpiritualia, ſed ſpiritualibus ſolùm annexa, prout eſt materia beneficialis, datur minori enormiter læſo in integrum reſtitutio *Lud.Gomeſ. ad Reg.Cancell.de Triennali poſſ. quæſtio 15 & Covar.L.1.var reſol.cap.4.num.2.& ſequent.Flam.Pariſ tract, de beneſ, lib.5.quæſt 7* ubi etiam probant id procedere etiamſi de lucro captando agatur, ut puta de bene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficio acquirendo, cujus obtinendi jus, vel ſpem proximam quis habebat, *Alex. Monet. ad. d. cap. 6. nu. 49. cui adde Guimer. ad pragm. ſanctio. tit. pacif. poſſeſſ. verbo, in gloſſa verbo impedimenti*, ubi dicit, quod contra pupillum ipſo jure non currit temporis præſcriptio, ſecus ſi ſit major 14. annis, quia tunc curret ipſo jure; ſed reſtituendus eſt, cùm ſit læſus, & certet de damno vitando, quo caſu ſit reſtitutio, etiam re non integra, & adverſus tertium, *L. in cauſſæ, §. interdum ff. de minor.* Quod notandum eſt.

g DVXERINT ACCEPTANDA) De hac clauſula dixi ſupra *in gloſ. verbi, Intra menſem.* Porrò adverte, acceptationem nihil aliud eſſe, quàm declarationem voluntatis, quę à quocumque etiam laico fieri poteſt, dummodo ſpeciale mandatum habeat, ut dicto loco oſtendimus, & probat Covar. *lib. 3. var. reſol cap. 16.* Gonzalez *ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ. 38. num 24. & ſeq.* ſed iſta acceptatio tendit ad executionem gratiæ, *Geminia in cap. ſuſceptum. 2. de Reſcript. in 6. Ruzæus tract. Regal. quæſt. 1. nu. 18.* Sed utrum opus ſit inſinuatione gratiæ Precum ante menſem; Ita videtur: nam alias Ordinarij manus non eſſent ligatæ, poſſetque conferre occurrente vacatione. Et non ſufficit ſi fiat inſinuatio per æquipollens, *Germon tract. de Indult. Card. in inſcript. num. 37.* Quæritur porrò an ſufficiat, ſi, Ordinario abſente, fiat Vicario; ita videtur, adeo ut ſi poſtea Ordinarius conferat alteri, non valebit, licet dicat ſe ignorare inſinuationem factam Vicario, *Rota deciſ. 43. nota utrum, in antiq. Rebuff. de nominat. quæſt. 14. num. 60.* Quid ſi Vicarius non ſit in Diocæſi? valebit nihilominus inſinuatio, quia quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis, poſſunt etiam extra territorium exerceri, *L. 2 ff. de off. Procon.* Denique adverte, ſi Preces dirigantur Capitulo, illas inſinuandas in Capitulo, Canonicis capitulariter congregatis, *ut notat Rebuff. d. quæſt. 14. num 74.*

*Acceptatio quid.*

*Inſinuatione Precum ante menſem an ſit opus & quid ſi fiat Vicario abſente Ordinario: An extra diocœſim facta ſubſiſtat.*

h ALIAS QVAM PER CONSTITVTIONEM AD REGIMEN) Dictio *Alias* multis modis accipitur, ſed in ſubjecta materia interpretatur pro aliter, ſeu alio modo, vel alio caſu, *ut L. 2. § mulier, ff de teſta.* videlicet quod Indultum noſtrum Reſervat omnia beneficia, eaque Preciſtis afficit quocumque modo vacatura, aliter ſeu alio caſu, vel modo, quam per extravagantem ad Regimen, *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ. 14. in fi.* Itaque adverte, quòd hic excipiantur tantùm reſervationes, de quibus in extravag. ad regimen, de præbend per quam reſervantur beneficia Capellanorum Papæ, & aliorum Officialium Rom. Curiæ, eorumque qui decedunt in Rom. Curia, vel locis à dicta Curia non ultra duas Diætas diſtantibus, & eorum beneficia quæ vacant per aſſecutionem aliorum. Aliæ porrò reſervationes Preciſtis obnoxiæ erunt; nam qui unum excipit, aliud videtur concedere, *cap. Nonne, de Præſumptio.* Et exceptio aliquorum caſuum firmat Regulam in contrarium

*Dictio Alias quid importet?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quoad caſus non exceptos. *Auth. de non alien.* §. *ut autem, col.*1. *Dec in L.* 1. *num* 21. *&* 27. *ff. de Reg. Iur. Alexand. conſ.* 35. *num.* 10 *lib.* 4 *& conſ.* 145. *num.* 2. *vol.* 7, *Covar. lib.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 6. *Fely. cap. quoniam frequenter*, *nu.* 1. *& ſeqq. ut lite non conteſt*, Et ſi voluiſſet Papa Preces Imperiales non afficere alias reſervationes, utique declaraſſet, & ſibi retinuiſſet, ſicut unam ſibi retinuit, *cap. ad audientiam, de decim*; *Rebuff. tract. de Regia*; *ad Prælat. Nominat, faciend. in Rub.* §. 1. *verbo*, *vacantibus.* Porrò quod ſint reſervationum ſpecies, diſtinctè oſtendi ad Reg. 1. Cancell. Apoſt *poſt num.* 23. & quemadmodum beneficia reſervata aliàs, quam per conſtitutionem ad Regimen ſunt affecta Preciſtis, ita etiam Regaliſtis in Gallia, ut notat Ruzæus *tract. Regaliorum.* 7. *privileg.* Plura hac de re vide quæ ſupra ſcripſi ſec. 11. *verbo ſuper ſingulis beneficijs.*

*Beneficia vacantia ex cauſſa reſignationis non cadunt ſub Precibus.*

i VACAVERINT) Quod modis dicatur beneficium vacare, conſule Rebuff. *tract. de Regia nominat. ad prælat.* §. *monaſterijs, verbo, vacantibus*; ubi enumerat unum & triginta modos vacationum, de quibus etiam ago ad Reg. Cancell. Cæterum adverte quòd in hac vacatione, de qua hic non intelligitur ea, quæ ſit ex cauſſa reſignationis: Privilegium enim loquẽs de beneficijs vacantibus, non habet locum in his, quæ vacant per reſignationem in favorem, *Flam. Pariſ. de Reſignat benef lib.* 10. *quæſt* 7. *num.* 18 *&* 23. Sic Reg. VIII. Cancell. quæ concedit Epiſcopis reſidentibus collationem alternativam, excipit beneficia vacantia ex cauſa reſignationis ſive illa ſit pura, ſive conditionalis, ne reſervatio quam ibi facit minus oneroſa Ordinarijs videretur, quæ ratio etiam militat in diſpoſitione noſtri Indulti, *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell glo.* 14. *num.* 80.

*Preciſta non impeditur uti Precibus ob alia beneficia qua poſſidet. Beneficia difformia quæ.*

k ET PERSONE NOMINATÆ) Ecce Papa extendit gratiam ſuam, etiamſi Preciſta habeat illa beneficia, in eadem Eccleſia, dummodo tamen talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſſint, ut ſtatim ſubjicitur. Aſt, quæ ſunt illa; nimirum difformia, ut ſunt Dignitas, & Canonicatus; beneficium curatum & ſimplex; Canonicatus & Capellania, beneficium curatum ſeu ſimplex cum Capellania: hæc enim de jure ſunt compatibilia, niſi alias ratione reſidentiæ, ſeu ſervitij ſint ſibi repugnantia. *Abb. conſ.* 96. *dub.* 2. *part.* 2. *Domin. in cap. cum in Eccleſia*, *de Præbend. in* 6. *num.* 7. *Navar. conſ.* 21. *de præbend. & conſ.* 24. *d. tit. num* 4. *&* 6. ubi docet quod de jure communi duo beneficia difformia ejuſdem Eccleſiæ ſibi alioqui non repugnantia, propter onera utrique eodem tempore incumbentia, nunquam ſunt incompatibilia etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia neceſſitas reſidendi: Nam cùm conſiſtant in eadem Eccleſia, poteſt quis in utroque reſidere, ut in dignitate & canonicatu &c. *Leſſius de Iuſtit. & jure lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 144. *Garcias de beneſ. part.* 11. *cap.* 5. § 2. *num.* 235.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.235 Mobed.deciſ.15. de præbend.* Licet poſtea Garcias nu. 243. aliter S. Congregationem reſolviſſe ſcribat, quem etiam vide num.259. ubi quærit, quæ beneficia dicantur eſſe ſub eodem tecto, & reſolvit, quòd beneficium ſitum in Capella, clauſtro, cæmeterio ſeu ambitu contiguo Eccleſiæ, cenſetur eſſe in eadem Eccleſia: ſi verò non eſſent Eccleſiæ contiguæ, ſed extra ſepta illius, beneficium ibi ſitum non cenſeretur eſſe in Eccleſia principali, *facit deciſ. Rota 6. de conceſſ. præbend. in No.* ubi continetur quòd habens gratiam in certa Eccleſia poteſt acceptare beneficium vacans in cæmiterio, ambitu, vel capellis contiguis iſtius Eccleſiæ, quia pars illius Eccleſiæ ſunt. Nam ſi ſuburbia ſunt de continentibus ædificiis urbis, multo fortius ambitus, Capellæ, & cœmeterium ipſius Eccleſiæ contiguum; ſecus autem erit ſi capella ſeu beneficium ſit extra ſepta monaſterij ſeu Eccleſiæ ſituatum, licet Cappellanus, vel Rector iſtius Capellæ teneatur ad aliquod miniſterium in Eccleſia majori, puta intereſſe divinis, vel ſimilia; conſideratur enim potius corpus beneficij, & locus, ubi eſt ſituatum quàm ſervitium ſeu miniſterium, quod alibi facere tenetur, *arg. l.cum quidem, ff. de fundo inſtructo.* Confert alia deciſ. Rotæ 15. *&* 16. *de Iurepatro.in antiq.* ubi fuit reſolutum, quod ſi Abbas ſit patronus unius Eccleſiæ, & in ea novæ Capellæ ædificentur, erit ſimiliter patronus illarum, quia contentum ſequitur naturam continentis, *Abb in cap. ad Audientiam ibi, de Eccleſiis ædificand. num* 11. *Gonzalez ad Reg.* VIII. *Cancell. gloſ.* 10.

I AC SECUNDUM STATUTA) Hæc clauſula poſita fuit, ut nimirum cenſeantur ſublata ſtatuta contraria Eccleſiarum, ut puta actu ſacerdotium requirentia, aut certam ætatem, vel aliquid ſimile, ita quod expectans vel aliàs Impetrans Apoſtolicus poſſit hujuſmodi beneficia acceptare, licet non ſit in tali ætate, qua intra annum poſſit promoveri in ſacerdotem, *Rota deciſ. 466.incip. Nota quod ſtatuta, in antiq.* Nam clauſula prædicta, NON OBSTANTIBUS &c. tollit inhabilitates, quæ ſurgunt à ſtatuto Eccleſiæ, non autem quæ à jure communi ſurgerent, *Guiter. Rep. L.nemo pot. num.172. ff. de leg.1.* Verùm iſtud reſtringit hic Pontifex, dummodo quoad iſtos defectus ſit diſpenſatus: Nam licet Pontifex det poteſtatem Executoribus conferendi beneficia Preciſtis incapacibus, tamen vult cum eis legitimè eſſe diſpenſatum. Neque enim ex conceſſione poteſtatis conferendi, conceſſa videri debet poteſtas diſpenſandi, aut conferendi defectum ætatis patientibus: hæc enim poteſtas ſpecialem conceſſionem requirit, *cap. authoritate, de Privileg. in 6. Cal. conſ. 3. de off. Vicar. VVameſ. conſ. 32. nu. 4. vol. 1.* *Indultum Precum relaxat ſtatuta eccleſiarũ in certis caſibus.*

Sed quid ſi Preces conceſſæ fuerint ante tonſuram clericalem? an valeant?

leant? *Vide Imo.& alios in cap 2.de Inſtitut. Fred. cap. ſi eo tempore,de Reſcrip.in 6. Fred.conſ. 290 quia in præſenti,col.5 verſ. videatis, Fely. in cap cum adeo,nu. 2 de reſcript. Paul.Pariſ.conſ. 125.vol.4.*

*Preciſta ſi non fuerit in ætate ſufficienti quid iuris*

Quid ſi tempore nominationis non erat in ætate ſufficienti,ſed tempore acceptationis, & collationis erat, ſubſiſtere collatio, etiamſi quæ hic requiritur diſpenſatio non intervenerit? ſubſiſtet,ſi Lucio credimus, in Placitis Curiæ Pariſien. *lib. 1.placitor.tit. 4. Placito* 1. ratio eſt, quia in beneficialibus attenditur ſtatus præſens, *cap. cum de beneficio, de præbend. in 6.* Et ſufficit quod is reperiatur habilis tempore Collationis factæ, *text. in cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in 6. Abb in cap. dilectus, il. 1. de Præbend. Fa cap. Is, cui, de præbend. in 6.*

*Illegitimi an capaces Precum.*

m AUT DE LEGITIMO MATRIMONIO) Et ſic vides illegitimos, niſi ſit cum eis diſpenſatum. Precibus frui non debere. Et meritò. Nam cum Cæſar ſurrogatus ſit in locum Papæ, *Philipp. Probus in tract. Regal. queſt 17 nu. 2* & ideò eodem jure quo Papa uti debet, *cap. is qui in ius, de Reg. iuris*, maximè in ſpiritualibus, in quibus pleno jure ſurrogatur Papæ *cap. per venerabilem, § inſuper, qui filij ſunt legitimi.* Deinde CÆSAR amator eſt caſtitatis, & legitimi thori, *L. ita nobis pudor, C. de adult. & in Auth. de leonib.* & ideo non videtur è mente ejus eſſe, ut illegitimi ejuſmodi Precibus gaudeant, juxta illud: non erit filius ancillæ, cum filio liberæ, *cap ſatis, de ſepult cap. accedens, de purg. canon.* Rurſus intereſt Cæſaris ne filius ſit paternæ incontinentiæ imitator juxta illud.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. *cap. 1 diſt. 52. cap. fin. ubi DD. de filijs Presbyter. in 6.* Præterea licet CÆSAR poſſit reſtituere quoad natalia, *C. de Natalibus reſtit.* non tamen ut ſit ad beneficia habilis, ne circa idem plura ſpecialia concurrant, *L. 1. C. de dotis promiſſ. Arnulphus privileg. 10.* nimirum laicum conferre beneficia, & reſtituere ad ea obtinenda. Ex quo infertur, Reſtitutionem Natalium fieri à PONTIFICE, & habetur talis illegitimus tanquam ſi ab initio fuiſſet legitimatus, *L. Imperiali, § ſi nullo, C. de Nupt.* proinde non requiritur ut collationem ſequatur diſpenſatio, ſed ſufficit ſi præcedat, *Abb. in cap innotuit, coll. 2 de Electio.* ubi dicit, quod ſufficit diſpenſatio illius qui habet poteſtatem tollendi irregularitatem, vel incapacitatem ad hoc, ut collatio ſubſequens validetur.

*De qua devolutione hic loquatur textus.*

n AD SEDEM APOSTOLICAM LEGITIME DEVOLVTA.) De hac devolutione præter textum in cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb cap. unico, ut Eccleſiaſt. benef. vide Rebuff *in praxi tit. de devolutionibus*, ubi exactè materiam devolutionis proſequitur, & noviſſimè NICOL. Garcias, *tract. de benef. parte 10. cap. 3.* Ad rem verò noſtram quod attinet, notandum

eſt

eſt Preces non capere beneficia ad Sedem Apoſt. devoluta, ut hic habetur; ſecus ergò ſi ſint devoluta ad immediatè ſuperiorem : quando enim collatio ſpectat ad inferiores, tunc devolutio fit ad immediatè ſuperiorem, qui ſuperior non ſolum beneficium ad ſe devolutum conferre poteſt, ſed etiam in poſſeſſionem inducere, *text. in cap. ex parte Haſtenſis, ubi Abb. de Conceſſ. Præb.* Finge ergò Abbatem, Præpoſitum, vel alium alicujus diœceſis in Germania Prælatum, ex privilegio, conſuetudine, vel aliter jus conferendi beneficia habentem, occurrente illorum vacatione, ea intra ſex menſes non conferre, aut conferendo peccaſſe in materia vel forma, adeò quod juris miniſterio devolutio facta ſit ad Epiſcopum (ad quem nimirum devolvuntur beneficia, quãdo collatio ſpectat ad inferiores, niſi tamen conſuetudo vel privilegium ſint in contrarium, ut in Exemptis, *Clem una, ibi Card. de ſupplend. neglig, Prælat. Clē. ſi de beneficio, de præbend.*) an ejuſmodi beneficia ſic devoluta Precibus erunt affecta? Ita videtur; cùm exceptio firmet Regulam in caſibus non exceptis, *L. nam quod liquidè, § ſi. de Penu. Leg. Cagnol. ad Reg. 1 n 31 & ſeq. de Reg. iuris.* Papa autem hic voluit non comprehendi beneficia ad S. Sedem devoluta, in alijs ergo ſecus erit: quod intellige niſi Papa prævenerit immediatè ſuperiorem: quia Papa poteſt concurrere cum Epiſcopo, Archiepiſcopo, aut Capitulo ad quod facta eſt devolutio, *Abb. in cap quia diverſitate, de conceſſ. Præb. Garcias de benef. part. 10 c. 4. n. 30.*

o NEQUE SUPER ILLIS INTER ALIQUOS LIS PENDEAT INDÈCISA) Sic nota, Preces Imperiales non capere litigioſa beneficia, nec etiam Preciſtam teneri illa acceptare, *Philip. Probus, tract. iur. Regal. quæſt. 27 n* 10. ſi tamen ſciens illud eſſe litigioſum, requirat, ut acceptet: tunc proſequi tenebitur, ut notat idem Probus, *tract. de Penſio. part. 2. q* 4. atq; hoc eſt generale in Expectativis, ut illæ non capiant beneficia litigioſa, ut tenet Bonifacius de Vitalinis Rotæ auditor. *in Clem 1. col. 2. ut lite pen. Rota deciſ. 28. de conceſſ. Præb. in Antiq* quod fallit ſi quis impetraret gratiam à Papa in forma juris, puta ſi conſtiterit Titium fuiſſe homicidam: Nam ſi lite pendente Titius moritur, poterit Preciſta tale beneficium acceptare, *Gomeſ. ad Reg. de Trien. quæſt.* 40 & ſic adverte quod hic dicitur Preces non capere beneficia litigioſa, verum eſſe quando poſt litem inceptam illæ conceſſæ ſunt, ſecus ſi ante, *Gomeſ. ad d. Reg. quæſt.* 41. *Preces nõ afficiunt beneficia litigioſa.*

Sed quid ſi lis ſit notoriè frivola? Certè, par eſt Precibus eſſe locum, cum lis injuſta, vel calumnioſa non inducat vitium litigioſi, *L. 1. ff. de litigioſ. Gomeſ. ad Reg. de Annal. quæſt.* 45. *Mandoſ. ad Reg. de ſurrogan. Collitig. quæſt.* 11. *n* 6. ut & ſi lis fuerit ſuper poſſeſſione tantùm: cùm vitium litigioſi in beneficiis nõ inducatur, ſi lis tantùm ſit ſuper poſſeſſione illorum, *VVameſ. conſ.* 251. *nu.* 9. *de Præb. Mandoſ. ad d. Reg. quæſt.* 13. *nu.* 4, ubi multos allegat; denique ſi mota ſit

 lis con-

lis contra Triennalem quia non dicetur beneficium litigioſum, *Rebuff. ad Reg. de Triennali, gloſ. 5. & in addit. ad d. Reg, verſ. ſextus caſus.*

p CVM OMNIBVS JURIBUS ET PERTINENTIIS ) Quorum appellatione veniunt, quæ à lege, conſuetudine, vel ſtatuto deputata ſunt, *Rebuff. in forma Mand. Apoſt in gloſſ. verbi Pertinentÿs.*

q PERSONIS IPSIS ETIAM DUO VEL TRIA ) Atque ita Preciſtæ majori favore dignantur, quàm nominati ab Univerſitatibus : quia iſti debent exprimere beneficia, quæ obtinent, etiamſi unum minimum haberent, & hoc, ut Univerſitates inſtruantur, an Impetrantes Nominationes habeant duas præbendas, aut dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia uſque ad certam ſummam: Nam his caſibus non debent univerſitates Nominationes concedere, nec Collatores eiſdem providere : ut latè oſtendit Rebuff *in tr. nominat. quæſtio 9.* Preciſtæ autem non tenentur hoc exprimere; quia etiamſi habeant duo, vel tria, vel plura, quorumcumque qualitatis & valoris, poſſunt nominari, & vigore Precum hujuſmodi Nominationis in quocumque menſe vacans beneficium acceptare, ut antè oſtendimus: etiam non obſtante alia gratia expectativa, vel mandato de providendo, ut poſtea ſubjicitur.

r CUIUSCUMQUE ANNUI VALORIS ) Limita hoc in civitate, & diocæſi Leodien. in beneficiis, quæ excedunt duas argenti Marchas. Beneficiorum enim quorum fructus non excedunt dictas duas argenti Marchas, libera relinquitur collatio Ordinarijs, nec illa ſub quibuſvis gratiis contineri ex cõſtitutione Eugeniana de data anni 1432. quæ confirmata eſt per Sixtum anno 1479. & Pium II. anno 1458. atque etiam poſtea per Maximilianum I. & Carolum V. Impp manifeſtum eſt. Porrò argenti Marcha valet ducatos ſex de Camera, teſte Gomeſio *ad Reg. de Valore,* Wameſ. *conſ. 237. n. 20. de Preb.* Ducatus autem de Camera valet unum ſcutum auri in auro cum uno Julio. Julius porrò æſtimatur denario antiquo Romano ſeu Regali Hiſpanico, ut oſtendi in tractatu de re nummaria ante aliquot menſes in lucem edito.

s CONFRRRE, ET ASSIGNARE ) Quid ſi Collatores nolint ? Procedent executores contra eos per cenſuras, ut hic ſubjicitur, aut Preciſta recurret ad ſuperiorem immediatum, aut Papam, qui ſemper poteſt adiri jure concurſus, qua de re vide, quæ latè ſcribit Pet. Rebuff. *ad concord. Franciæ, §. ſi quis verò, verbo diſpoſuerit, & ſeqq.* Quid ſi Collator latitet aut aliàs obſtet quò minus fiat ipſi inhibitio, aut inſinuatio? perindè erit ac ſi facta fuiſſet ; ſicut pro citato habetur, qui ſe occultat, vel impedit ne poſſit citari, *c. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite conteſt. cap. 1. de foro compet. Guimer. ad Pragmat. ſanctio. tit. de collatio.*

*An decanus & Ca-*

Quæritur ulterius ad Decanus, & Capitulum poſſit impedire Preciſtam, denegando illi poſſeſſionem, ſi conſtet de injuſtitia, & defectu tituli? Et videtur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur prima fronte poſſe; quia in beneficialibus admittitur exceptio defectus *pitulum*
tituli, *Abb. in cap. litteris. de reſtitut. ſpol.* Secundò, quia beneficium Eccleſia- *poſſit impe[illegible] Pre.*
ſticum ſine Canonica inſtitutione obtineri non poteſt, *c. beneficium, de regulis* *ciſtam quo*
*jur. in 6.* Tertiò, quia præjudicium publicum vertitur: nam retinens benefi- *minus re-*
cium cum defectu tituli, peccat mortaliter, *cap. dudum. 2. de Electio. c. nemo &c.* *cipiatur*
*nullus 11. quæſt. 3* & talis nõ eſt admittendus, ne detur vitioſus ingreſſus, contra text. *in cap. 1. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru.* Contrarium tamen vero ſimilius eſt. Nam licet beneficium non poſſit effici Clerici, niſi prævia inſtitutione Canonica, & legitimo titulo; dictis juribus, poſſeſſio tamen poteſt transferri ſine titulo; *Abb. in cap. in litteris, de Reſtit. ſpol.* & quod dictum eſt beneficium ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſe, hoc verum eſt reſpectu juris, non reſpectu poſſeſſionis, quæ plus facti, quàm juris habet; *L. 1. § adipiſcimur, & §. ſi vir, & L. poſſeſſionem. ff. de acq. hæred. Mandoſ. ad Reg. de Annal. quæſt. 25. nu. 2.* Hinc fit ut exceptiones, quæ concernunt titulum, non impediant immiſſionem in poſſeſſionem; *Abb. in cap. cum olim. nu. 15. de cauſa poſſeſſ. & propt. & in cap. poſt ceſſionem, nu. 6. & 13 de conceſſ. præbend. Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloſ. 15 § 2. nu. 85. ubi multos allegat, & ita dicit ſervare Rotam.* Sed hic Preciſta habet titulum coloratum, qui ſufficit ad tollendam omnem intruſionem, *Rota deciſ. 279. alias 261.* titulum dico coloratum ex conceſſione Precum ipſi facta per Cæſarem, ſatis validum, ut Decanus; & Capitulum adſtringantur ad illius receptionem, cùm illud non habeat, niſi nudum inſtillationis miniſterium: ſecus tamen eſſet ſi haberet liberam collationem, quia tunc poſſet ei competere cauſæ cognitio, poſſetq; ſe opponere & appellare, & interea conferre, *Pet. de Anchor. & Dominic. in c. 2. ut lite pendente, Arnulphus Ruzæus tr. jur. Regal. privileg. 6.* Hoc ceſſante tenetur recipere Preciſtam, ſalvo jure cujuslibet, quia non ſpectat ad Capitulum cognoſcere de viribus tituli, *Philipp. Probus tr. regal. qu. 36.* ſed eſt Executoris, qui jus tertij non tollit, ſeu illi non derogat, *L. 2. § meritò, & § ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.* Et ſecundum hanc concluſionem nuper conſultus reſpondi pro Domino Hermanno Kinckio contra Capitulum S. Adelberti Oppidi Aquiſ- *Caſus Pre-*
granenſis. Proponebatur enim mihi in facto, eundem Dominum Herman- *cum Ec-*
num Kinckium Rectorem & poſſeſſorem Eccleſiæ Parochialis S. Petri dicti *cleſiæ S.*
Oppidi fuiſſe vigore Primariarum Precum Cæſaris aſſecutum poſſeſſionē Ca- *Adel. A-*
nonicatus & præbendæ S. Adelberti d. Oppidi anno 1616. Julij 3. citra tamen *quen.*
coĩodũ fructuũ, qui juxta illius Eccleſię ſtatuta pro biennio integro partim debētur fabricæ, partim hæredibus defuncti: in eaq; poſſeſſione manſit integro triennio: quo elapſo movetur illi dubium, an ejus Cæſarea proviſio ſubſiſteret propter incõpatibilitatē, licet alioqui dicta Eccleſia Parochialis ſit ita Eccleſię S. Adelberti vicina, ut commodè utriq; deſervire poſſit. Nihilominus ut rē cõſtitueret in vado, recurrit ad S. anctiſs à quo obtinet gratiã ſuper nova provi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proviſione cum retentione Parochialis, idq; anno 1619. 15. Kal. Octob. cum clauſula: *Dummodo Canonicatus & præbenda, ac Parochialis Eccleſia hujuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequijs, & animarum cura in dicta Parochiali Eccleſia nullatenus negligatur, & idem Hermanus eidem Eccleſiæ deſervire, & apud illam perſonaliter reſidere, nec quicquam ex illius ſervitio debito prætermittere debeat, ac pro illis diebus & horis quibus d. Eccleſiæ S. Adelberti ratione Canonicatus & præbendæ non inſervierit, diſtributiones non lucretur.* Vigore hujus novæ proviſionis, & diſpenſationis Apoſtolicæ, idem Dominus Hermannus triennio poſt adeptam poſſeſſionem, finitiſque annis carentiæ, petit ſe admitti ad reſidentiam, & de fructibus ſibi reſponderi, aliaſque, ut moris eſt: Capitulum recuſat, allegatque prædictam gratiam Apoſtolicam tam circa proviſionem, quam Eccleſiæ Parochialis retentionem, eſſe ſubreptitiam, nec eidem Domino Hermanno ſuffragari: In primis quia ſubticuit verum valorem. Secundò quia narravit cõmodè utrique ſe deſervire poſſe, quod falſum eſt, ut prætendunt, propter onera curæ incumbentia, quæ ſunt incompatibilia cum oneribus d. Eccleſiæ S. Adelberti. Tertiò, quia utrumque retinuit per triennium, & ultra, ſine diſpenſatione legitima, ideoque fuit privatus, ut prætendunt, utroque ipſo jure, juxta reſolutiones Ill.ium Cardinalium, Interpretum ſacri Concilij Trident. relatas per Wameſ. *conſ.* 233 cujus privationis taciturnitas propter vitiũ ambitionis, & execrabilitatis, reddit gratiam ſimplicis proviſionis ſupreptitiam.

Quærebatur modò an Capitulum eſſet fundatum, hoc eſt, an Dominum Hermannum poſſet impedire, quominus admittatur ad primam reſidentiam cum plenitudine juris Canonicalis, poſſitque ei objicere incompatibilitatem Canonicatus continuam reſidentiam requirentis, cum Parochiali curam animarum habente, & perſonalem reſidentiam requirente? Reſpondi, non videri fundatum, nec præmiſſa Domino Hermanno poſſe objicere. Rationes autem quæ me moverunt ſunt illæ, quas præmiſi, nimirum, quòd Dominus Hermannus habeat titulum coloratum, neque eſſe Capituli, diſcutere exceptiones, quæ concernunt titulum, ſed eſſe Iudicis Executoris: coram quo ſi tertius illas opponat, is videbit an relevantes ſint, vel non:

*Capitulum habet tantum nudum inſtillationis miniſterium.*

Capitulum enim habet nudum miniſterium inſtallationis, nec titulus proviſi habetur in conſideratione in nudo miniſterio facti, & poſſeſſionis, ut pulchrè reſolverunt Arnulphus Ruzæus *tract. jur. Regal. privileg. 6. per tot.* & Philipp. Probus *eodẽ tract. quæſt.* 36 *etiam per tot.*

Imò, etiamſi in caſu præſentis quæſtionis diſcutiendus eſſet titulus Domini Hermanni, luce clarius appareret coloratus, qui ſufficit, ut tueri ſe poſſit Reg. de triennali. Illi enim ſoli diſcoloratum habere dicuntur titulum ad effectum illius REGVLÆ, qui habent titulum per ſimoniam, vel titulum de reſervato beneficio, reſervatione in corpore juris clauſula: quia iſti duo caſus dumtaxat excipiuntur, ut non juvent triennales,

ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut patet Regulam intuenti. Itaq; tantum abeſt, ut tempus illud triennij, quo continuavit poſſeſſionem Canonicatus ſibi datam cum Eccleſia Parochiali, officere ipſi poſſit, quin illi proſit adverſus quoſcunq; : Nam licet ex ſententia quorundã caſus Execrabilitatis non includatur Regulæ de Triennali, ita ut conſtito de ea, poſſeſſio Triennalis non relevet, contra quam tamen ſentit Gomeſ. *ad Reg. de Triennali, quæſt. 10. verſ.* Præterea non ex eo Regula, ubi in fortioribus terminis reſolvit poſſeſſorem duarum Parochialium juvari Regula de Triennali, tamen clarum eſt, & extra omnem controverſiam poſitum, quando Execrabilis habet titulum licet invalidum (ut prætenditur in præſenti caſu) vigore caſu poſſedit per triennium, is poteſt juvari beneficio dictæ Regulæ: quia ſufficit habuiſſe titulum ab eo, qui habuit poteſtatem conferendi, ut in præſenti caſu. Unde licet aliqua de cauſſa invalidus fuerit, dat tamen in dubio colorem poſſidendi, *iuxta tradita in cap In noſtris, de conceſſ. præbend.* & ille titulus ſufficit quoad dictam Regulam, & quoad effectum, ne ſpoliari poſſit. Ita Gomeſ. *ad d. Reg. verſ. ſecundus eſt caſus*, ubi in verſ. ſeq. *incip. ſed advertendum*, ſubjicit nullum præter Ordinarium ſuperiorem poſſe talem poſſeſſorem compellere poſt triennalem poſſeſſionem ad oſtendendum titulum beneficii, vel proviſionis ſuæ, *ut not. DD. in cap. licet Hely de Simon. & Maſcard. latè de Probation. tom. 3. concluſ.* 879. Ex his igitur apparet quàm debili fundamento nitatur dictum Capitulum, dum prætextu non expreſſi veri valoris, aut triennalis poſſesſionis duorum incompatibilium, conatur arcere D. Hermannum à reſidentia, & fructuum perceptione Canonicatus, & præbendæ S. Adalberti, præſertim cùm nullum habeat contradictorem nec juris, nec facti, habeatque diſpenſationẽ à Seren. ut reſideat in utraque Eccleſia, cum reſtrictiva de qua ante. Nec eſt quod Capitulum de ſubreptione dictæ diſpenſationis objiciat, tum quia Triennalis eſt, ut dixi, tum quia Capituli non eſt de eo cognoſcere, ut cui nudum dumtaxat inſtallationis miniſterium competat, ut prædixi, illaque ſunt longioris indaginis, tum quia litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam, niſi concurrant aliæ ſimiles litteræ, *Mohed. deciſ. 13. ut lite pend.* tum denique, quia ſubreptionis non doloſæ non eſt habenda ratio, qualis hic fuit, Illuſtriſ. *Card. Seraphinus deciſ.* 1009. *num. 6.* tum quia illa ſubreptionem inferre dicuntur, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vel non tacita retraxiſſent Principem à gratia concedenda, vel ſaltem non ita de facili inclinaſſent illum ad concedendum, *cap. ſuper litteris, cap. poſtulaſti, de Reſcript. Staphil de litt. grat. tit. de modo, & forma impetrandi, verſ. Præterea eſt dare, Illuſtriſsimus Seraphinus deciſ.* 653.

*Caſus Execrabilitatis an comprehẽdatur Reg. de Trienal.*

*An Triennalis cogatur ad oſtenſionem ſui tituli.*

*Litteræ Apoſtolica habent executionẽ paratam.*

Atqui in hoc caſu talis fuit ſuppreſſa qualitas, quæ ſi fuiſſet expreſſa, Papa nihilominus veriſimiliter gratiam conceſſiſſet: quippe quod valor unius beneficij per errorem ſuppreſſi & etiamnum litigioſi, contra hæreticum poſſentem vix excedat 12. Imperiales, de quo fidem facit idem Dominus

*Subreptionem qua inducant.*

Hermannus. Eccleſiæ verò Parochialis eſt etiam exiguus valor, nimirum 40. Imperialium in certis, licet Ampliſſimus ſenatus jam pridem acceſſionem laudabilem fecerit ex mulctis hæreticorum à S.C.M. Cōmiſſariis, Paſtoribus deputatis, & ſic minimè ſufficiens ad congruam vitæ ſuſtentationem Domini Hermanni eximij alioqui Theologi atque optimè de Eccleſia Aquen. meriti, ut qui totis decem anis in dicto ſuo paſtoratu ea in urbe inter hæreticos tumultuantes exiſtens Eccleſiaſticis munus laudabiliter obivit, nulla tamen alia dote inſtructus, quā dictæ ſuæ exiguæ Parochiæ, ut certè in oculis omnium eſſe, tantum abeſt, ut arceri à reſidētia deberet Canonicatus, cui cōmodè cū dicta Eccleſia Parochiali deſervire poteſt, quo caſu jura nullā inducūt Incōpatibilitatē, *DD. in c. de multa, de Præbend. Collect. in c. unico de rer. permut.*

Quod cùm ita ſit, ſequitur Capitulū S. Adalberti teneri admittere Dominū Hermannum ad reſidentiam, illique de fructibus reſpondere, quos etiam ei reſtituere renetur pro tempore quo eandem reſidentiam illi oenegavit, *per not. Illuſtr. Card. Seraphini deciſ. 1015. num. 1.*

*An cumulari poſſit titulus Precū cum titulo Ordinarij? Electa una via ad aliam redire non licet. Electa via inutili non tollitur utilis.*

Verùm prætermiſſa hac, quę nos aliquantiſper detinuit difficultate, aliam aggredior, quam vidi non ita pridem Leodij agitari, nimirum an detur cumulatio titulorum, videlicet proviſionis Ordinarij & Precum Primariarum? Nominato enim per Cæſarem dabatur obſtaculum, quòd præbendæ vacatio contigiſſet in menſe Ordinario; quem menſibus Precibus non ſubjacere plerique adſtruebant. Itaque Nominatus novam accipit proviſionem ab Ordinario quam inſinuat Capitulo: Quærebatur an poſtpoſitis Precibus Cæſareis, quas anteà Capitulo inſinuaverat, poſſet uti collatione ſibi ab Ordinario facta, & Capitulū cogere, ut ſe reciperet? Ratio dubitandi eſt, quòd electa una via non liceat redire ad aliam, *cap. ut qui tuas, de electio. in 6. L quod in heredem, §. eligere, ff. de tribut. actio.* Nemoque uti poteſt titulo duplicato, *L. cum res, C. de contrah. emptio. cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Nihilominus tamen prævaluit contraria ſententia, ſcilicet licere Præciſte, ſi videat Preces ſuas effectum ſortiri non poſſe ob impedimenta juris, vel facti, recurrere ad proviſionem Ordinarij. Ratio eſt, quia electa via inutili non tollitur alia utilis, *L. mater decendes, ibi DD. ff. de Inoff. teſtam L. Claudius, ff. de acq. hered. Tiraquel. in L. boves, §. hoc ſermone, nu. 15. & 16. ff. de verb. ſignif.* proponenſque actionem ineptam, ſi ab ea repellatur, poteſt proponere aptam, *Tiraquel ibid. nu. 16.* Quæ etiam opinio geminatis arreſtis ſtabilita eſt ab Ampliſſimo ſenatu Pariſienſi, teſte Ægidio le maiſtre ejuſdem curiæ Præſide, *in tract. de Regal. cap 9.* idque authoritate *cap. poſt electionem, verſ. tam ratione primæ quàm ſecundæ conceſſionis, de conceſſ. præbend. & gloſ. not in cap. nullus pluribus, de Reg. iur. in 6.* Confert id quod ſcribit Mohedanus *deciſ. 7.* Ratio ſecunda eſt, quòd habens duas gratias, pro beneficio habendo, ſi utendo ſecunda ſuccūbat, poteſt uti prima; quia iſtæ gratiæ non ſunt contrariæ, licet ſint diverſæ,

& ten-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& tendentes ad eundem effectum , etiamſi ſint ſub diverſis datis, ut rejecta opinione Jo. And. ſcribit Fely *in cap. In noſtra, nu.2 de Reſcript.* Limita 10. niſi ante ſecundam proviſionem eſſet alteri jus quæſitum , *Card. conſ. 33. in fi Lud. Rom. conſ. 413. Lap. alleg. ult. in fi.* ubi quærit quomodo poteſt quid petere poſſeſſionem beneficij ex duplici titulo. Limita 2. niſi habens collationem beneficij à ſuperiore, impeteret poſtea aliam ab inferiore; poteſt enim ſuperior tunc eum privare beneficio, quia eſt quædam ingratitudo, & eluſio erga ſuperiorem, ob quam inducitur cauſſa privandi eum, *Abb. in cap. cum olim, col. 9. de Re jud.* Limita 3. niſi iſte duplex titulus tenderet ad diverſos ſeu contrarios effectus in eadem perſona, *Lud. Rom. conſ. 350. incip. caſu propoſitæ, Fely. d. cap In noſtra.*

*Executor an conferre poſſit ex cauſa reſignationis:*

Verùm quæſtionis eſt, an quia datur iſtis Executoribus facultas conferendi, ut hic, cenſeatur etiam conceſſa poteſtas conferendi beneficia vacantia ex cauſa reſignationis; ſeu an poſſint recipere reſignationem alicujus, voſentis in eorum manibus reſignare, ut ea recepta provideant. Quçſtionem hanc breviter diſcutit Flam. Pariſ. *lib 7. de reſignat. quæſt. 22.* eamque reſolvit negativè, quia neceſſe eſt ut expreſsè committatur receptio Reſignationis, *cap. dudum, in pr. cum ibi notat. de Præbend. in 6, Coraſ. de Benef. part. 1. cap. 8. nu. 17.* Sed quid ſi conferant ante receptas litteras? Collatio erit nulla: quia ſi non habent exercitium poteſtatis ante præſentationem, ergò non valet actus etiamſi habeat in habitu, *Lud. Rom. conſ. 354. Fely. in cap. ſuſcitatus, nu. 13. de Reſcript.*

*Executor poteſt contradicentes excommunicare. Secus contradictos de jure.*

t PER CENSVRAM ECCLESIASTICAM) De hac Executorum poteſtate textus eſt notabilis, & ibi gloſ. in *cap cum noſtris, 6. de conceſſ. præbend* Navar. *in cap. ſi quando, in 7. cauſſa nullitatis, nu. 2. & 3.* Poterunt itaque excommunicare contra dicentes, quòd intellige contradicentes ſine cauſſa, & de facto: nam tunc poſſunt excommunicari, & eo ipſo cadunt à jure quod in illo beneficio forſan habent, ut ſtatuit Immo. VIII *in conſtit. incip. Officij noſtri debitum, de data* 1401. 8. *Kalen. Feb.* ſecundum quam Flam. Pariſ. dicit ſe vidiſſe judicari, *anno* 1590. *de menſe Maij, lib. 8. de Reſig. benef. quæſt. 7 nu* 169. Aliud porrò dicendum eſt de contradicentibus de jure, allegando juſtam cauſam ſcilicet priorem, aut aliud ſimile, quia iſti non poterunt excommunicari ſi contradicant, aut non pareant litteris Executoris, *Arg. cap. licet de Præbend. in 6. Fely. in cap. cauſamquæ, nu* 10. *de Reſcript. Rebuff. in praxi in tit. de forma novæ proviſionis.* Sed an poſſint procedere contra Exemptos? Hanc quæſtionem ex profeſſo tractat Eraſmus à Chokier frater meus in ſuo tract. de Juriſd. Ord. in Exemptos, *part. 4. quæſt. 64.* ad quem brevitatis cauſſa lectorem remitto.

*Executor an poſſit procedere contra Exempto:*

u PERSONIS PRÆTACTIS) Et ſic nota Preciſtis non obſtare Expectativas, & alias Nominationes ſeu ſpeciales reſervationes, aut mandata

de providendo ad alia beneficia, quo minus Preces Primariæ ipſis conceſſæ ſuos finem & effectum conſequantur.

# Sectio V.

*De Clauſulis Nonobſtantiarum.*

§. Primus.

NON obſtantibus *a* noſtris de non utendo gratia *b* expectativa, ac reſervatione *c* ſpeciali, vel duabus *d* gratijs inſimul, ac de inſinuatione, *e* publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis, ac in favorē ordinariorum Collatorum, nec *f* non expectativas in forma pauperum habentium, ac Illuſtrium & *g* graduatorum, ac ſedis Apoſtolicæ prætactæ Officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, nec non quibuſcunque in Cancellaria Apoſtolica, quandocunque publicatis *h* & publicandis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non aliis Eccleſiarum, (in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint) ſtatutis *k* & conſuetudinibus illis, præſertim quibus in Eccleſiis, in quibus majores, & minores huiuſmodi præbendæ fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi maiorem præbendam aſsequi poſſit, & valeat, niſi illa de minori gradatim & per optionem aſcendant, *m* Iuramento *n* Confirmatione Apoſtolica, vel quavis *o* firmitate alia roboratis, *p* contrariis *q* quibuſcunque. Aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de huiuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, aut Legatorum eius litteræ (etiam noſtro vel eas concedentum proprio motu) aut cuiuſvis, etiam quocunque reſpectu, & ad cuiuſcunque inſtantiam ſint conceſſæ, vel concedantur in poſterum, aut ſi ſpeciales de huiuſmodi beneficiis per nos, vel ſedem prætactā, aut quæcunque aliæ, aut quamcumque nominandi, & reſervandi facultatem quibuſvis, quacunque *r* etiam Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus per Sedem prædictam conceſſarum, vel concedendarum, vigore reſervationum, vel earundem facultatum obtentæ ad huiuſmodi beneficia quarumcumque perſonarum *s* Nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem litteras (etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, vel decretum, ſeu alias quomodolibet

dolibet proceſſum fuerit : ) nec non reſervationes, facultates & nominationes, cum *t* quibuſvis etiam derogatoriarum, derogatoriis clauſulis, quæ præſentium effectum ſuſpendere, impedire, vel perimere aut alias ijſdem præſentibus quomodolibet obſiſtere viderentur, ſive ex certa *u* ſcientia noſtra, vel ſimili motu, ſive alias ſub quibuſvis forma & expreſſione verborum, & quæ fortaſſis *x* totalis ſui tenoris inſertionem, ac illorum quibus conceſſæ ſunt, vel fuerint, nominum, & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam, ad hoc ut illis per eaſdem præſentes ſufficienter derogatur, exigunt vel requirunt, & quæ ipſis præſẽtibus, perinde ac ſe eorum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeantur, emanarunt, & mandata *y* de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea pro tẽpore habitis (niſi illi pro quibus emanaverint, ut præfertur, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium numero fuerint:) ad Beneficia quæ Precum & Nominationum Primariarum Vigore per perſonas ipſas pro quibus illæ factæ fuerint acceptata & de quibus eis provideri contigerit, minimè extendi quin imò in ipſorũ executione perſonas ipſas omnibus & quibuſcunque earum litterarum, & expectativarum, ac reſervationum huiuſmodi vigore, & cum quibuſvis antelationibus prærogativis, etiam illis quas certis noſtris familiaribus cõtinuis Commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica, ac aliis noſtris litteris ad effectum, & aliis in aſſecutione beneficiorum conferendis nominatim deſcriptis, conceſſimus, & cum ſimilibus derogatoriis Clauſulis, quæ nulli quo minus præſentium ſuccedant effectus ſuffragari debeant expectantibus, etiamſi illarum obtentu in quibuſvis Eccleſiis in Canonicos recepti, ac de numero ipſorum familiarium continuorum Commenſalium antiquorum fuerint, nec non gratias in communi forma pauperum habentibus ac Officialibus & Ill.bus ac alias quaſcunque facultates habẽtibus & noſtris familiaribus continuis Commenſalibus, antiquis & deſcriptis, & in poſterũ deſcribendis, dictis Cardinalibus dumtaxat exceptis *z* anteferri voluimus; ſed nullum per hoc expectantibus ipſis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari ſeu ſi dictis Collatoribus, ſeu Collatricibus, vel quibuſvis aliis communiter aut diviſim ab eadem ſit Sede Indul-

tum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum, quoad receptionem vel proviſionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod inter dici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de hujuſmodi, vel aliis beneficijs Eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionē conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri, per litteras Apoſtolicas non *aa* facientes plenā, & expreſsam de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſum, vel totaliter non inſertum effectus earum impediri valeat quomodolibet vel *bb* differri, & de quacuiuſque toto tenore habenda ſit, in noſtris litteris mentio *cc* ſpecialis, aut ſi perſonæ prædictæ præſentes nō fuerint ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus huiuſmodi beneficia fuerint, ut præfertur, ſolita iuramenta, dummodo in abſentia ſua per Procuratores idoneos, & cum ad Eccleſias ipſas acceſſerint corporaliter illa præſtent.

---

## SCHOLIA IN §. I. SECTIONIS V.

*Vis & energia Clauſula Non obſtan.*

a NON OBSTANTIBUS NOSTRIS) Idcirco adjiciuntur hæ clauſulæ derogatoriæ, quod in conceſſionibus Juri ſcripto, vel conſuetudinario contrarijs opus ſit clauſula derogatoria, alioquin non ex juſta cauſa, ſed ad importunitatem partium conceſſæ præſumantur, *cap.* 1. *de conſtit.* Hinc ſit ut hæc clauſula generalis *Non obſtantibus* &c requiratur in privilegijs, & reſcriptis contra utilitatem publicam conceſſis, alias non valerent, *Milis in repertorio verbo clauſula generalis &c.* ut latius hoc, deducit Eraſmus à Chokier frater meus *in ſuo tract. de Iurisdict. ord. in exemptos part.* 1. *quæſt.* 11. Sed & alius effectus iſtarum clauſularum eſt, ut per eas cenſeantur ſublata, vel ſaltem dilata ſtatuta contraria Eccleſiarum ut puta actu ſacerdotium requirentia, vel aliud ſimile, ita quod expectans, vel alias impetrans Apoſtolicus poteſt hujuſmodi beneficia acceptare, licèt non ſit in ſacerdotio conſtitutus, dummodo ſit in ea ætate, ut intra annum promoveri poſſit in ſacerdotem, *Staphil de litt. grat. tit. de vi & effectu clauſula tit. de clauſulis non obſtant* Nihilominus per ſolam clauſulam generalem non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, non cenſetur derogatum Regulis Cancellariæ, uti nec privilegijs Juri communi inſertis, niſi de illis ſpecialiter fiat mentio, *Io. Gutierrez*

*Per clauſulam generalem Nonobſtā. non cenſetur derogatum Regulis Cancell.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*terrez in Repet. 1. Nemo poteſt, num.* 174. *&* 178. *Anaſt. Germon. tract. de Indult. Cardinal.* §. *ac irritum, num.* 9. *& ſeqq.* Hinc providè etiam in his Clauſulis non obſtantiarum derogatum eſt Regulis in Cancellaria Apoſtolica publicatis, & publicandis. Sed an per hanc derogationem cenſeatur derogatum Regulis, quæ ſunt ubiq; in celebri apud omnes obſervantia, nimirum de Annali, Triennali, de publicandis, de veriſimili notitia, de ſurrogandis, de infirmis, & ſimilibus, quæ Judiciales ſunt? Vide Gomeſum *in quæſt 6. proœmij*, ubi tandem reſolvit de ſtilo Cancell. ſervari, quod per prædictam clauſulam nunquam cenſentur ſublatæ dictæ notabiles Regulæ Judiciales, non factâ mentione expreſſa in individuo de dictis Regulis, niſi tamen in ſupplicatione ſeu Regula poneretur Clauſula generalis, QUORUM TENORES HABEANTUR PRO EXPRESSIS, nam tali caſu dictæ Regulæ comprehenderentur, & illis derogatum cenſeretur, ut variis Rotæ deciſ. probat Gomeſ. *dictæ quæſt.6.* Verum juſtius dubitari poteſt, an Regula Cancell. revocatoria Expectativarum, quæ eſt 11 & fit poſtridie aſſumptionis Pontificis, per quas revocantur omnes expectativæ, quæ in aliqua ſui parte ſunt ſortitæ effectum; ceſſet in his primarijs Precibus, hoc eſt, an ſortientur ſuum effectum etiam poſt obitum Pontificis, qui Indultum Primariarum Precum Cæſari conceſſit? nam prædicta Regula, quæ publicatur altero die poſt aſſumptionem ad ſummi Apoſtolatus apicem; revocat omnes gratias expectativas per prædeceſſorem conceſſas. Dubitationem movet, quod verba dictæ Regulæ comprehendant etiam facultates nominandi, & conferendi, verbis generalibus & aptis comprehendere quoſcunque, ut patet in verbis regula, QUORUMCUNQUE, ET QUIBUSCUNQUE CONCESSAS. Nihilominus cùm Indultum Cæſareum habeat clauſulam, NEC NON QUIBUSCUNQUE IN CANCELL. APOSTOLICA QUANDOCUNQUE PUBLICATIS ET PUBLICANDIS &c. cenſeo prædictam Regulam ceſſare, nec afficere Preces Primarias, maximè quod Imperator in facultatibus habeat facultatem nominandi tanquam S. R. E. advocatus; ſicque videatur privilegiatus à Jure communi, *cap. dilecto 3. de præbend. cap. Adrianus, & ſeqq. 63. diſtinct. gloſ. unica, in cap. Imperium inſi. in diſt.* Et Papa per generalia verba non videtur tollere ſpecialia jura, *lib. decurionibus, C de ſilentia lib.* 12. *Bald. in lib.* 1. *ante num.* 2. *ff. de conſtit. Princip.* Accedit quòd Imperator utatur conſuetudine antiqua, & immemorabili in conferendis iſtis Precibus, ut patet in principio proviſionis Cæſareæ, quæ datur Preciſtis: Regulæ autem & Conſtitutiones Papæ, quæ ſtrictam accipiunt interpre-

terpretationem, non tollunt conſuetudines antiquas, niſi in individuo faciant de illis mentionem, *Geminia. in c. 2. de præbend in 6. cap. 1. de conſtit. in 6.* Poſtremò, quandoquidem S. Pontifex facultatem hanc nominandi conceſſerit ob ipſius in Eccleſiam benemerita, non videtur quòd ſucceſſor poſſit illas revocare: quia quando Princeps alicui benemerito aliquid donat, non debet huiuſmodi facultas à donatario auferri ſine cauſſa, ut olim reſpondit ſolidæ eruditionis Franc. de Fraipont JC Leodien. in cauſſa Joannis de Manio, dominorum Scabinorum Leodien. Graphiarij, *per textum in l. Aquilius, & in l. ſi pater, in fi. ff de donat. Caſtren. in l. quæ ex relaxationibus in 3. not. C. de leg. Alex conſ. 101. nu. 1. lib. 1. Selva. de Beneſ. part. 3. quæſt. 14. num. 3. Navar. in cap. Placuit, nu. 16 de Pœniten. diſt. 6. Franc. cap. ult nu. 5. de Reſcript. in 6. per ca. decet de Reg. jur. in 6.* & à fortiori multo magis ratione idem dicitur in Papa, qui debet eſſe conſtans & immobilis ſicut lapis angularis non aliter atque polus in cœlo, & unam dumtaxat linguam & unum calamum habere, & non plures, *Rota deciſ. 33. nu. 17. & 18. de Præbend. in antiq. Philip. Probus in Reg. fruſtra nu. 75. nu. 5 de Reg. iur in 6. Flam. Pariſ. de Reſignat. beneſ. lib. 3. quæſt. 18. num. 92. Roland. à Vallo conſil 13. nu. 57 & ſeqq. vol. 3. Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. §. 2. nu. 33.* Nec etiam à tempore quo Cæſares ſunt in poſſeſſione iſtarum Primariarum Precum, viſum eſt privilegio ipſorum per aliquem è Pontificibus, qui ſemper Principibus Catholicis munificentiſſimos ſe præbere ſolent, uſpiam derogatum.

*Gratia Expectativa iam abrogata.*

b GRATIA EXPECTATIVA ) Gratiæ Expectativæ jam exoleverunt, nec ſolet Papa illas concedere, quia inducunt votum captandæ mortis, gentilibus etiam odioſum, *cap. 2. de conceſſ. Præbend.* & per illas immutatur, perturbatur, & decoloratur univerſus Eccleſiæ ſtatus, ut loquitur Rebuff. *in prax. 1. tit. de Expectativis.* Ideo merito ſacro Concilij Trid. decreto *cap. 19. ſeſſ. 24. de Reform.* Expectativæ omnes ſunt ſublatæ, etiamſi ſi illæ factæ ſint de conſenſu ordinariorum, ut reſolvit Sacra Congregatio Interpretum Concilij Ac licet Preces Primariæ ſapiant naturam Expectativarum nihilo magis comprehenduntur ſub dicto Concilij decreto, ut reſolvit eadem S. Congregatio *in una Cameracen. die 25. Ianuarij* 1576. quam reſolutionem etiam puto me præſcripſiſſe.

*Preces Cæſaris non comprehenduntur ſub Concil. Trid.*

c AC RESERVATIONE ) Olim Papa mandabat provideri per Reſervationes, ut viris, quà virtute, quà eruditione conſpicuis, quibus Eccleſia maximè indiget, provideret. Reſervatio autem erat vel generalis, vel ſpecialis. Generalis eſt, cum Papa unius provinciæ, ſeu diocæſis beneficia reſervabat, vel quæ indicta erat ex diſpoſitione juris communis, ut de vacantibus in Curia, *de qua in cap. 2. de Præbend. in 6* vel per obitum venientium ad Curiam *de qua in cap. præſenti d. tit. & in Extravag. ad regimen.* Et de hac Reſervatione textus noſter non loquitur, unde Preces ejuſmodi beneficia, non capient,

PRIVILEG
REGVLARIVM
ET
COMMENTARI
IN REGVLA
CANCELLARI
APOSTOLIC
G III
8

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pient, *ut dixi ſupra ſect. IV. In gloſ. alias quam per Conſtitutionem ad regimen*, ſed tantum de ſpeciali Reſervatione, quæ eſt, cùm Papa reſervat aliquod beneficium, aut dignitatem primò vacaturam in tali loco, pro tali, & interdum deſignat ipſam perſonam, quæ poſſidet dictum beneficium, aut dignitatem, & hæc reſervatio eſt potentior generali, quia reſervata generaliter per acceptantes acceptari non poſſunt, *Mandoſ. ad Reg. 32. quæſt. 3 num. 13. Simonetta de reſervat. quæſt. 4.* Specialiter autem reſervata poterant: unde Pontifex hoc loco ſtatuit, quod ne quidem ſpecialis reſervatio impediret effectum Primariarum Precum.

d VEL DVABVS GRATIIS) De hac forma Expectativæ vide Staphil. *de litt. grat tit. de ſexta forma Epectativarum.*

e AC DE INSINVATIONE) Patet ex hoc textu inſinuationis & publicationis inſinuationem remiſſam eſſe, ſed eam relinqui arbitrio nominati. Ideò, quæ ex quadam Eugenij Papæ Regula de ſollennitate publicationis gratiæ expectativæ conſulendo ſcripſerunt Abb. *conſ. 99. incip. Illud. in præſentiarum, vol 1.* Philipp Corn. *conſ. 137 licet multas, vol. 3.* Lud Rom. *conſ. 433 incip. Quo ad primum*, & alij hujus Indulti diſpoſitionem minimè afficiunt. Hinc perſpicuum eſt Preces Primarias favorabiliores eſſe Nominationibus Univerſitatum, in quibus talis ſolennitas requiritur, ut latè notat Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 14. per tot* Quæ quoque nominationes, cedere debent Preciſtis, tot alibi in hoc opuſculo notavi.

*De Inſinuatione Nominationis.*

*Preces favorabiliores nominationibus univerſitatum. In Gallia abrogatæ Expectativæ in forma pauperum imo ubique.*

f EXPECTATIVAS IN FORMA PAVPERVM) De qua in cap. ſi pauper Clericus, de præbend. in 6. Hodie in Francia nulla ſunt mandata in forma pauperum, ſed Galli abolita eſſe prætendunt, *ut in tit. de Reformat. ſublat.* Cæterùm hæc forma Expectativæ erat, cùm Epiſcopus aliquem pauperem promoverat ad Ordines ſacros nullo patrimonio aut ſacerdotio dotatus, quod tamen Epiſcopus non poteſt; Unde ſi talis eſſet promotus, is impetrabat à Papa Ordinatori directas, ut ſibi provideret, quo honeſtè & commodè vivere poſſet, dato executore, *cap ſi pro Clericis, cap. ſi pauper, de Præbend. in 6.* ſed quia etiam hæc forma exolevit, ei non inſiſto, ſatis ſit lectorem remiſiſſe ad Staphil. *de litt. grat vel de formis Expectat. § nova forma*, Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcript in forma communi.*

g AD GRADVATORVM) Sed & hæc forma Expectativæ exolevit in aula, etſi olim non infrequens eſſet: nam Papa mandabat reſervari beneficium conferendum Graduato, in quibuſcunque Eccleſijs, exceptis Cathedralibus, cujus fructus non aſcendebant ad certam ſummam, quam taxabat, de qua propterea nihil ultra ſubjicio, videantur Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcripto in forma Pauperum pro Graduatis, &* Staphilæus *tract. de litt. grat. de forma Expectativarum, tit. de dicima forma* &c.

h PVBLICATIS ET PVBLICANDIS) Diximus ſupra per generalem

M clau-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

claufulam derogatoriam non cenſeri derogatum reg. Cancell, ideò neceſſaria, & expreſſa fuit hic illarum derogatio, ne per eas ſiſteretur effectus Primariarum Precum: nam per clauſulam generalem *Nonobſtantibus conſtitutionibus* &c. non cenſetur derogatum niſi conſtitutionibus ordinarijs, non autem extraordinarijs, cujuſmodi ſunt Extravagantes, & Regulæ Cancell, Nam clauſula generales ad extraordinaria non refertur, *l. ſcio, §. medio. ff. de annuis leg. Anaſt. Germ. tract. de Indult. Cardin. §. etiam ex eo, nu. 32.*

*Per clauſulam generalem non cenſetur derogatum Reg. Cancell.*

i CONSTITVTIONIBVS, ET ORDINATIONIBVS) Sunt qui inter ſe hæc differre aſſerant, ut Alphonſus Sotto *in Proëm Reg. Cancell. & Rebuff. ad conſtitut. Reg. in Proëm. gloſ. 2.* Ego tamen rem eandem eſſe, & quantamlibet Sereniſſimi conſtitutionem utriuſque vocabulo comprehendi exiſtimo

*Clauſula Nonobſtan ſtatutis &c. quid operetur.*

k STATUTIS, ET CONSUETUDINIBVS) Vigore hujus Clauſulæ, poſſunt expectantes acceptare beneficium quod fortè ex ſtatuto requirit actu ſacerdotium, *de quo eſt deciſio Rotæ 466 in antiq* quæ ſic habet; Nota quod ſtatuta Eccleſiarum actu ſacerdotium requirentia per clauſulas generales derogatorias in litteris Papalibus poſitas ſublata, aut ſaltem dilata cenſeantur, ita quòd Impetrantes poſſint hujuſmodi beneficia acceptare, licèt non ſint in ſacerdotio conſtituti, dum tamen ſint in ætate tali, quod in proximis quatuor temporibus poſſint ad ſacerdotium promoveri, *per not. Io. And. in c. ſi pro clericis, de Præbend. in 6.* Quanquam nulla hic in eo videatur difficultas, cùm Indultum Cæſareum habeat, ſupra, aliam clauſulam, *in ſect. 4. ibi* VIDELICET IN ÆTATE LEGITIMA, per quam mandatur Executoribus provideri per Cæſarem Nominatis ad beneficia Eccleſiarum, in quibus eſſet ſtatutum, quod deberent eſſe in ætate legitima, aut de legitimo matrimonio, dummodo tamen quoad hujuſmodi qualitates alias cum eis Canonicè diſpenſatum ſit, ut ibi habetur Licet autem regulariter per generales iſtas clauſulas cenſeantur contraria Eccleſiarum ſtatuta ſublata, aut ſaltem dilata, non tollunt tamen, aut derogant ordinationi fundatoris in ſuo teſtamento, *Staphil de litt grat tit. de clauſulis nonobſtantiarum, arg. cap. cùm dilectus ibi Dd. de jurepat. de quo alibi ſcripſi.*

*Clauſula nonobſtantibus &c. non derogat Ordinationi fundatoris Derogatur hic Conſuetudini Optandi ita ut ea non obſtante Preces capiant beneficia hujuſmodi.*

l PER OPTIONEM ASCENDAT) Non ſatis erat derogare ſtatutis, & Conſuetudinibus Eccleſiarum, ut ſupra, ſed neceſſaria erat expreſſa, & ſpecialis derogatio conſuetudinis optandi. *Anaſt. Germon. tract. de Indul. Cardin. §. etiam ex eo, nu. 22. Garcia de beneſ. part. 5. cap. 1 nu 150. de quo textus eſt expreſſus in c. fin. de conſuet.* Ibi enim Pontifex præmiſſa conſuetudine optandi, decernit, quod cũ in Eccleſia in qua eſt talis conſuetudo, mandat ſedes Apoſtolica alicui provideri de præbenda proximè inibi vacatura, poterunt nihilominus antiquiores juxta conſuetudinem eandem optare, cùm præbenda vacabit, quod

con-

PRIVILEGIA REGVLARIVM ET COMMENTARIA IN REGVLAS CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ
C III 8

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

confirmatur decis Rotæ, §. *de conſuet. in No. Caſſador. deciſ.* 4. *nu.* 2. *&* 3. *de conceſſ. Præbend. Geminia conſ.* 104. *Staphil de lit. grat tit. de effectu clauſul verſ. In ſuper derogatur Fely. in cap. nonnulli, nu.* 23 *de Reſcript.* ubi dicit, quod licet per clauſulam, nonobſtantibus, conſuetam poni in gratijs derogatur ſtatutis generalibus omnia beneficia Eccleſiaſtica reſpicientibus, tamen non derogatur per eam alicui ſtatuto ſingularium, niſi de illo fiat expreſſa mentio. Ideo dicta conſuetudo optanti non habet locum in nominationibus univerſitatum, teſte Rebuff. *in tract. nominat. quæſt.* 15 *nu.* 49. & Joanne Petro Moneta *in ſuo doctiſ tract. de Iure optandi.*

m JVRAMENTO) Ideò hoc exprimitur, quia ſtatuta jurata non tolluntur per generalem derogationem ſtatutorum, *Fely. in cap. conſtitutus, nu* 3 *de Reſcript. Io. Guiterrez in Repet. l. nemo poteſt, n.* 168. *de leg.* 1 *Anaſt. Germon. de Indult. Cardin.* § *etiam ex eo nu* 26. *Celſus Hugo tract. de clauſulis, nu.* 23 ubi ſcribit quod diſpoſitio contraria non tollit actum juratum, *glo. in ca cum non decent, verbo effectus, de electio. in* 6. *Clem dudum,* §. *fin. de ſepult. Fely. in d cap. conſtitutus, de Reſcript. & alij multi, quos adducit Rebuff. in forma mand. Apoſt. ſub fin.* ubi etiam addit, quòd hæc clauſula in hoc etiam proſit, ut licet quis juraverit tempore ſuæ receptionis in Canonicum ſervare ſtatuta, & conſuetudines laudabiles Eccleſiæ, ſi tamen poſtea impetret à Papa aliquas portiones, & præbendam vel aliud beneficium contra conſuetudines Eccleſiæ, non erit periurus, & valebit ejuſmodi impetratio, *Rota deciſ.* 294. *incip. licet quis in no. quam deciſ. vide, quia eſt inſignis.* Et nullus præter Papam aut Principem non recognoſcentem ſuperiorem uti poteſt hac clauſula, *Iaſ. l. nemo poteſt, not.* 1. *in* 2. *lect. ff. de leg.* 1. & ibi quoq; Guiterrez *nu.* 157. Si tamen derogatio fieret per viam legis, tali caſu per ſimplicem derogationem derogatur Juramento nulla facta de eo mentione, *Gomeſ. in Proëm. Reg. Cancell. quæſt.* 5. *in fi. Guiterrez ad l. nemo poteſt, nu.* 170. *ff. de leg.* 1. aut ſi Papa ſcriberet motu proprio cum dicta clauſula, nonobſtante, *Guiter. in d. l. nemo poteſt, nu.* 171.

*Clauſula generalis non tollit ſtatuta jurata.*

n CONFIRMATIONE APOSTOLICA) Opportunè hoc apponitur: quia clauſula generalis, non obſtantibus, non tollit diſpoſitiones, per Principem confirmatas, *glo in Clem, dudum, in fi. in verbo Pacta de ſepult. Fely. in cap. Conſtitutus, nu.* 21. *verſic. conſidera tertio, de Reſcript.* Et difficilius rumpitur conventio confirmata, quàm ſimplex Papæ conventio, *ca* 1. *de Treuga. Fely. conſtitutus nu.* 21. *de Reſcript.* Porrò, de effectu Confirmationis, & quotuplex ſit vide Decium *in, Rub. tit de confirm. util. per tot. glo. in cap. quia diverſitatem* 5 *de conceſſ. Præbend & in cap. frater* 17. *quæſt* 4. *Abb. in cap cum ſuper, de cauſſa poſſ. DD. in l. more, ff. de Iuriſdict om. Lud. & alios quos appellat Rebuffus in forma Mand. Apoſt*

*Clauſula generalis non tollit diſpoſitiones per Principē confirmatas.*

*Statuta pœnalia non ſunt per hoc indultum abrogata.*

o VEL QUAMVIS FIRMITATE) Nonnunquam enim ſtatutis, ut pondus illis adjiciatur, pœna apponi ſolet, per ſtatuentes: quod poſſunt, etiamſi careant Juriſdictione, *Afirer. ad deciſ. Capell. Tholoſ.* 405. Ideò per hoc Indultum ejuſmodi etiam ſtatutis derogatur.

*Clauſula contrariis quibuſcunque.*

p CONTRARIIS:) Idcircò apponitur hæc clauſula, quòd aliàs non valeat gratia, vel Reſcriptum conſuetudini, ſtatuto, vel privilegio contrarium, niſi de illis fiat mentio, ſaltem per clauſulam hanc generalem NONOBSTANTIBUS CONTRARIIS, ut hic: quia ſicut condendò legem poſteriorem, inquit Rebuff, non videtur derogare conſuetudini vel ſtatuto, *cap. 1. de Conſtit. in 6.* ſic faciendo gratiam uni non videtur tollere conſuetudines, vel ſtatuta contraria, *Peruſius in cap. cum aliquibus 1. notab. de Reſcript. n 6 cap. ult. de conſuet. eod. lib. & cap. cum in illis, d. tit. Rebuff. in forma Mand, Apoſt.* niſi in derogatione per clauſulam nonobſtantibus, apponat vocem, contrarijs, vel in contrarium facientibus: *Guiter. in Repetel. nemo poteſt, nu. 161. & 162. de leg. 1.*

*Clauſula Quibuſcunque.*

q QUIBUSCUNQUE) Iſta clauſula licet ſit generalis, regulatur tamen ſecundum naturam gratiæ, vel Reſcripti. *Marcheſan. tract. de Commiſſ. part. 2. cap. 6. nu.* 11. & reſtringuitur ſecundum ſubjectam materiam, *gloſſ. in cap. ſolita, de Maior.* & ad perſonas habiles, *l. qui autem in fi de Conſtit. pecu* Et hæc clauſula ſolet ſequi ſpecialiter enumerata; quia non eſt novum, ut aliquibus ſpecialiter enumeratis generalis clauſula ſubſequatur, quæ omnia comprehendat, *l. ſi ſervus ſervum, §. inquit lex in fi ff. ad l. Aquil. c. qui ad agendum, de Procur. in 6. Staphil. de litt. grat. tit. de vi, & effectu clauſ, § ſecundo ſciendum eſt.*

r QUACUNQUE DIGNITATE) Hæc clauſula ſolet comprehendere quoſcunque cujuſcunque gradus, ſtatus, & dignitatis exiſtant, adeò ut etiam Reges comprehendat, & Cardinales, *Gomeſ. in proem. Reg. quæſt. 4. nu. 2. Verſ. Nam dicta clauſula.*

*Nominationes Univerſitatum non impediunt effectum Precum.*

ſ NOMINATIONES:) Quemadmodum Epectativæ ad beneficia non impediunt quo minus Primariæ Preces ſibi locum vindicent, ut dictum eſt, ita etiam Nominationes Univerſitatum. Nominationum enim Indulta ſunt ad inſtar Expectativarum gratiarum, quæ pari paſſu cum illis ambulant, *VVameſ. conſ. 250. n. 1.* ideoque illis non ſubjiciuntur beneficia Preciſtarum, ut hic ſtatuitur.

t CUM QUIBUSVIS ETIAM DEROGATORIARUM DEROGATORIIS CLAUSULIS) Ut intelligatur vis & energia iſtius clauſulæ, advertendum nonnunquam Papam concedere Indulta, vel privilegia; in quibus apponitur Clauſula, quod per quamcumq; diſpoſitionem non cenſeatur derogatum huic Indulto, vel privilegio: ſi poſteà Papa non obſtante ejuſmodi indulto vel privilegio faciat uni aliquam gratiam continentem clauſulam derogatoriam clauſulæ derogatoriæ primi privilegij, iſta gratia

vel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

vel alia ſimilis dicetur continere clauſulam prædictam : verbi gratia , ſi conceditur primo privilegium cum derogatione juris communis, & aliarum obſtantiarum, & iſtud privilegium continet clauſulam, quod per quaſcunque diſpoſitiones contrarias non cenſeatur derogatum hujuſmodi privilegio , & poſtmodum ſupervenit alia conceſsio contraria primo privilegio continens clauſulas derogatorias clauſularum derogatoriarum primi privilegij, tunc iſta ſecunda diſpoſitio, vel alia ſimilis, dicitur continere clauſulam prædictam , quia derogat derogationibus prioris conceſsionis. Idemque eſſet ſi in prima conceſſione diceretur , quod derogatur non ſolum quibuſcunque diſpenſationibus in contrarium faciendis : ſed etiam clauſulis derogatorijs aliarum clauſularum derogatoriarum in illis apponendis, contra tenorem & clauſulas derogatorias primæ conceſſionis ; nam tali caſu prima conceſsio continet clauſulas derogatorias derogatoriarum , ut colligitur ex glo. & D. *in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg.3* & ex traditis à Paulo Caſtren. *conſ.278.paſſus iſte dubitabilis , ante finem verſ. Item continet aliam derogatoriam.* Dec *conſ.165.Incip viſo tenore,nu.*1. Pariſ *conſ.* 42. *nu.* 15.*in fi. lib* 4. Unde cùm concurrat duplex vinculum, unum clauſulæ derogatoriæ , & aliud derogatoriæ derogatoriarum , & duo vincula fortiora ſint uno , §. *affinitatis, Inſtitut. de nupt. l. cum Adoptivis, C. de adoptio.* ſequitur quod ad hoc ut ſit derogata prima diſpoſitio talem clauſulam continens, non ſufficit, quod fiat mentio, & derogatio de clauſula derogatoria primæ conceſsionis, ſed etiam fieri debet de clauſulis derogatorijs derogatoriarum, *ut poſt Bartol. in l ſi quis, in pr. ff. de leg.* 3. *Put. deciſ.* 109 *una Zamoren. nu.* 4. *lib.*1 *Couar. in Rub. de teſtam part.* 2.*nu* 20 *verſ hinc ſcribit , Paulus Gonzalez ad Reg. de reſervatione menſium , & Alternativa glo.* 36. *per tot. ubi multas concluſiones cum ſuis limitationibus appoſuit circa clauſulam prædictam.*

u EX CERTA SCIENTIA VEL SIMILI MOTV) Quid diſtet clauſula ex certa ſcientia, à Clauſula Motus proprij conſule Staphilæum *de litt. grat. tit. de vi & effectu Clauſularum, §. ſubſequenter ;* Anaſt. Germon *tract. de Indult. Card. §. ſed ex certa ,* ubi inter alia ſcribit clauſulam ex certa ſcientia excludere errorem præſumptum , habereque vim derogativam ; clauſulam verò motus proprij non tollere defectum intentionis , nec jus tertij ; plura apud eos videto. *Diſcrimen Clauſulæ Motus proprij à certa ſcientia.*

x ET QVÆ FORTASSIS TOTALIS SVI TENORIS INSERTIONEM ) Hæc inter alias hujus Indulti magnæ potentiæ Clauſulas eſt iſta quod nimirum deroget quibuſcunq; litteris ; Apoſtolicis etiamſi tales eſſent , quod de illis de verbo ad verbum mentio fieri deberet, idque propter clauſulam in extrema Indulti parte appoſitam, QVORVM TENORES&c. cujus ea eſt vis, ut appoſita in ultima conceſsione, habeat vim ſpecialis , & individuæ expreſſionis ac derogationis, *Caſſad. deciſ.* 10. *nu.* 2. *ſuper Reg.* qui atte- *Alia derogatio hujus Indulti.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatur ſuo tempore Rotam hanc opinionem ſecutam fuiſſe, canonizando vulgatum conſilium Anth. de Butr. *Idem Caſſud. deciſ. 38. nu 3. ſuper Reg. Fely. in cap. Accedentes, num. 5. verſ. ſecundus caſus eſt*, *Menoch. de Præſumpt. l. 6. præſumpt. 39. quæſt 46. num. 22. Gomeſ. in proœm. Reg. quæſt. 6. num. 8. & in Reg. de Trien. quæſt. 17. num. 5.* ubi dicit hanc opinionem eſſe æquiorem, & de ſtilo curiæ magis receptam, quam ſequitur Mandoſ. *ad Reg. 19. quæſt. 19. nu. 13. Put. deciſ. 190 in pr. lib. 3.* & Anaſt. Germon. *de Indult. Card. §. ac irritum, nu. 1. & ſeqq.* ubi poſtquam contrariæ ſententiæ Authores produxit, tandem prædictam communem ſequitur, ut & Gonzalez *ad Reg. de menſibus, & Alternat. glo. 36. nu. 29. & 65.* qui limitat prædictam communem opinionem niſi natura, caſus, & materia ſubjecta, & ampliſſima verba talem Principis voluntatem inſinuarent, ut expreſſa & individua mentione prioris privilegij opus eſſet, affertque ſententiam Abbatis, *in cap. cum Inſtantia*, *num 5. ſub, fin. verſ. conclude ergò, de Cenſibus*, quod in hac materia debemus ſemper conſiderare Clauſulas primi & ſecundi privilegij, & ſi appareat, vel non, de intentione Papæ, volentis revocare prima privilegia, ſecundum hoc erit judicandum pro revocatione vel non revocatione primi privilegij, *Gambar. tract. de leg. lib. 8. tit. de Poteſt. leg. in legibus & ſtatutis concedendis*, *num. 38. 41. & 42.* & ſic videmus quod Rota admittit modò dictam clauſulam QUORUM TENORES &c. pro ſufficienti derogatione, modò non, prout diverſitas materiæ, & caſus natura ſuadet. Ac propterea meritò Fredericus *in dicto conſ. 233. num. fin. ante ſi.* dixit quod Curia Romana in ſimilibus caſibus, quandoque unum, quandoque aliud tenere conſuevit, *Gonzalez ad d. Reg. num 67.* Verùm in caſu hujus Indulti, haud dubium eſt, quin ſit derogatum quibuſcunque Indultis, privilegijs, facultatibus nominandi, Expectativis, mandatis de providendo, alijſque quibuſcunque litteris Apoſtolicis ſub quacunque forma, clauſula, & expreſſione verborum conceptæ fuerint, ut ex illius textu patet. Nam ex quo Papa hic vult haberi pro expreſſo, fingitur expreſſum, licet expreſſum non ſit, *Clem. 1. de probat.* poteſt enim ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſſum quod expreſſum non eſt, *Ant. de*, *Butr. conſ. 55. per cap. 1. de tranſactio. cap. illa, de Electio.* Si enim aliud diceretur, ſequeretur Papam poſſe ſibi auferre per indirectum poteſtatem revocandi ſuammet legem, vel privilegium: Nam ſi haberet neceſſe expreſſam facere mentionem illius privilegij, nec recordaretur, aut illud fortè non inveniretur, ſuis ipſe conſtitutionibus non poſſet derogare, hoc eſt, jure ſuo uti, quod eſſet abſurdum, *Abb. ad cap. cum Inſtantia, col. 2 de cenſibus, Fred. de Senis conſ. 42. Anaſt. Germon. ubi ſupra.*

*Mandata de providendo ho-*

y ET MANDATA DE PROVIDENDO) Præſcripſimus mandata de providendo & expectativas ad futura beneficia etiam ſub nomine Indulti

dulti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dulci exoleviſſe, etiamſi S.R.E. Cardinalibus conceſſæ fuerint, idque ex ſacri Concilij Trid. decreto in cap. 1. ſeſſ. 24. Unde inanis eſt Exceptio quæ ſubjicitur, *niſi illi pro quibus &c.* *die Subilata.*

ANTEFERRI VOLUMUS) Per clauſulam Anteferri, poſterior præfertur priori habenti jus ad rem, non in re, *Gemin. in cap. quoniam, num. 7. de conceſſ. præbend. Ruzæus tract. regal. privileg. 4. nu. 6.* Quamvis enim regulare ſit, in gratiis ad beneficia, ut qui prior eſt tempore, potior ſit jure, *cap. hi qui, cap. eum qui, de præbend. in 6.* fallit tamen ubi de contraria Principis voluntate conſtat, qui pro ſua ſumma poteſtate poteſt poſteriorem anteponere priori, *VVameſ. conſ. 263. nu 3. de præbend. Azorius lib. 6. Inſtit. moral. cap. 32. verſ. nono quæritur,* & dum anteponit expreſſe id declarando, non cenſetur priorem gratiam penitus abolere, vel revocare, quin patitur illam manere ſalvam, ut illius vigore, qui tempore prior fuit, poſſit acceptare aliud beneficium ſub gratia ſua comprehenſum, *Staphil. de litt. grat tit. de vi, & efficacia clauſ. §. deinde ſequitur alia.* Quæ quidem Pontificis voluntas, ut tanto certiorem habeat exitum, ſolet communiter huic clauſulæ Anteferri, adjici alia clauſula ut hic decreti irritantis, quæ in contrarium acta quæcumque annullat, adeoque etiam ignorantes ligat, ne quoque modo tali vel diſpoſitioni poſſit contravenire, & ubi contravenerint nihil egiſſe cenſeantur, *Clem. 1. & ibi Dd. de Electio. Abb. in cap. dilecto, de præbend. latè Gonzalez ad Reg. de menſibus, & Alternativa, gloſ. 67.* *Clauſula Anteferri*

Si tamen habens clauſulam Anteferri, ei renunciet valebit, collatio prius facta, *Io Monach, in cap. 2. de præbend. in 6.* ubi ſe Ordinarius conferat beneficium intra menſem quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula decreti & Inſtitutionis, ſubſiſſet Collatio ſi Impetrans ſuo non utatur gratia, & ſi habens clauſulam Anteferri, ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia eo repulſo ſublatum eſt impedimentum quoad primum. Hinc ſi Preciſta nolit uti ſuis Precibus ſeu nominatione, utpote quia beneficium eſt tenue, & contemnit illud acceptare, collatio alteri non nominato facta ſubſiſtet: quia privilegio in ſuum favorem introducto licitum eſt renunciare, *c ſi diligenti, de foro competent, lib. penult C. de Pactis* Intelligitur enim beneficium eſſe Nominato ſeu Præciſtæ affectum, ſi is ipſe illud velit, *Rebuff. tract. de nominat. quæſt. 18. nu 9. Guimez Pragm. Sanctio tit de collatio.*

aa NON FACIENTES PLENAM ET EXPRESSAM DE VERBO AD VERBUM) Circa hujus clauſulæ intelligentiã vide ſi lubet ea quę ante ſcripſi in verbo, *& quæ fortaßis totalu* &c. & not. Wameſij *conſil. 33. vol. 1.*

bb VEL DIFFERRI) Ideo hoc additur, ut tollantur dilatoriæ exceptiones, de quo videatur Fely. in cap. nonnulli, num. 9. verſ. nota 3. de reſcriptis, & notandum eſt quod quædam ſunt regulæ ſuſpenſivæ gratiarum expectativarum uſque ad fulminationem proceſſuum

quæ-

quædam ſunt dilativæ, utpote propter aliquod factum perſonæ requiſitum, & in effectu perimunt poſtea gratiam facto illo non ſecuto, quæ eſt in Regula de non acceptando niſi litteris expeditis, & his Regulis per dictas generales clauſulas, etiam non obſtantibus Regulis, non cenſetur derogatum, niſi de illis fiat expreſſa, & individua mentio, ut hic factum eſt, Gomeſ. ad *Proem.* Reg. Cancell quæſt. 5.

cc MENTIO SPECIALIS) Hæc clauſula, inquit Rebuff. in forma Mand. Apoſt. tollit ſubreptionem, & defectum intentionis, quia intendit per hanc Clauſulam derogare cuicumque privilegio, & ſtatuto, etiamſi ſpecialis mentio de eo eſſet facienda, Card. conſ. 136. col. 4. Et ſic per hanc clauſulam derogatur etiam Regulis Cancellariæ, quamvis de eis expreſſa mentio fieri debeat, Gomeſ. in proemio Reg. quæſt. 6. in fi. ubi etiam ſubjicit per hanc clauſulam videri derogatum Indultis Cardinalium, de quo hic non dubitatur, cùm Indultum Cæſari conceſſum expreſsè deroget dictis Indultis & privilegijs quibuſcunque.

## Sectionis V.

### §. Secundus.

*NEC non a Concordatis nationis Germanicæ, ac eorundem Concordatorum confirmatione, ac prædictis, & quibuſcumque aliis, quandocunque editis & edendis conſtitutionibus, & Regulis noſtris,* b *& dictæ Cancellariæ, ad quarum ſolennitatem, adſtrictionem formam, vel ſatisfactionem* l, *ſeu obſervantiam habentes Preces, ſeu Nominationem hujuſmodi minimè teneantur, nec ipſæ Preces ſub illis comprehendantur quoquo modo: Necnon quibuſvis privilegijs, Indultis, & litteris Apoſtolicis, & quibuſvis gratijs expectativis* c *ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ſuppreſſionibus, & extinctionibus perpetuis & temporalibus, nominationibus, ac reſervandi, uniendi, annectendi, incorporandi ac nominatis, & alijs conferendi, commendandi ſupprimendi, & extinguendi, alijſque circa acceſſus, & regreſſus, de conſenſu facultatibus litteris mandatis, & Indultis quibuſcunque & cum proviſionibus, commendis, & alijs diſpoſitionibus ex tunc, & gratijs quibuſvis, perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtentibus, & quacunque etiam Imperiali,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*riali, Regali Reginali, Ducali, ſive Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel majori authoritate, præeminentia, nobilitate, & excellentia, ac etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & familiaribus, continuis Commenſalibus noſtris, etiam deſcriptis, & antiquis, ac in eorum, & Eccleſiarum, & Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & principalium Monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcunque, cum cura, & ſine cura ſecularium & quoruncunque ordinum Regularium, locorum piorum, univerſitatum, ſtudiorum, & aliorum quorumcumque, aut in illius favorem aut eorum, nec non jurium ceſſorum, vel ablatorum, aut ſpoliorum, damnorum, etiam per infideles illatorum, & obſequiorum nobis, Romanæque Eccleſiæ, vel dictæ ſedi, aut pro fide Catholica impenſorum, ſeu quibuſvis alijs excogitabilibus, & urgentiſsimis, ac inſolitis, nec non exprimendis cauſis, conſideratione, contemplatione, inſtantia intuitu, ratione, vel reſpectu, ac motu* d *proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis, declarationibus, conceſsionibus, favoribus, ſuſpenſionibus, & gratijs, ac reſtitutionibus, modificationibus, exceptionibus, & annulativis, irritativis, & derogatoriarum* e *derogatorijs, nec non prætactam & alias quaſcunque conceſſas, & concedendas gratias ſuſpendentibus, ac illis derogantibus, nec non mentis, & intentionjs, ac perpetuæ, & inviolabilis voluntatis noſtræ fuiſſe, & eſſe de non revocando, & ſuſpendendo gratias eaſdem & illis non derogando quomodolibet atteſtantibus, & in priſtinum, & validiſsimum ſtatum reponentibus, reſtituentibus, ac plenarie reintegrantibus, ac per* f *modum pacti & initi contractus ac perpetui ſtatuti nec non gratias ipſas, ut de actu vacantibus expectare, & ex* g *tunc verò & non fictè etiam quod ad poſſeſsionem dictorum beneficiorum ac omnes juris & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum, decernentibus, & declarantibus alijſque* h *efficacioribus efficaciſsimis & inſolitis clauſulis per nos & Sedem prætactam aut ejus Legatos in genere vel in ſpecie etiam nominatim de dictis beneficijs, & alijs quomodolibet emanatis,* Quibus *etiamſi in illis, quod illæ non niſi certis modis & formis inibi expreſsis & nominatis verbiſque & ſignis inibi appoſitis, & cum diverſarum litterarum Apoſtolicarum expeditione, & intimatione, etiam diverſis temporibus facienda; ac de conſenſu eorum, quo intereſſe concernebatur, aut etiam nullatenus ſuſpendi, moderari, aut ijs in aliquo derogari poſſet, & quatenus ſuſpenderentur, aut illis derogaretur, toties de novo, & ſub quacunque data per illos quorum intereſſe concernebatur, eligenda, conceſſa, & facta*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſint, & eſſe cenſeantur, ac expediri poßint, ac ſic & non aliter per quoſcumque Iudices, & perſonas judicari debeat, caveatur expreſſe, omnium k illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreßis ac de verbo ad verbum inſertis, ac modos, & formas hujuſmodi pro individuo ſervatis habentes, ad effectum præſentium omnino derogamus & in dictis beneficijs, cum, ut præfertur, vacaverint effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, nec non decernentes præſentes litteras nullatenus de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari aut impugnari poſſe nec debere & ſic per quoſcunque tam ordinaria quam delegata, & mixta authoritate fungentes Iudices, & perſonas ubique iudicari cognoſci, atque decidi debere, ſublata, eis & eorum cuilibet iudicandi, cognoſcendi, vel decidendi facultate; nec non irritum & inane quidquid ſecus ſuper præmißis omnibus & ſingulis, vel eorum aliquo, quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus; cæteriſque contrarijs quibuſcunque.*

---

## SCHOLIA IN §. SECUNDUM SECTIONIS V.

a NEC NON CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ) Hic §. pars eſt proximi ſuperioris. Nam ut majus robur Indultum iſtud Primariarum Precum haberet, non fuit contentus Pontifex adjicere clauſulas derogatorias derogatoriarũ, nam per illas non tolluntur conceſſiones ſine Privilegia quæ transierint in vim pacti, *ut not. Mohed. deciſ. 23. de Præbend. Creſcen. deciſ. 2. & 5. de Privileg. Caſſad. deciſ. 1. de Pact. Ferrett. conſ. 319. num. 2. lib. 2. Roland. à Vall. conſ. 13. num. 69. vol. 3.* ſed ſpecialem adjecit clauſulam derogatoriam Concordatorum. Verum enumerò, acriter controvertitur inter juris civilis & Canonici interpreces, an Pontifex poſſet derogare concordatis nationis Germanicæ, quam quæſtionem priuſquam in medium producerem, curæ pretium exiſtimavi textum ipſum Concordatorum hic inſerere: quod frequentiſſimus ſit illorum uſus, atque inveſtigatio non uſquequaque aperta.

*Pontifex an poſſit derogare Concordatis Nationis Germanicæ.*

# Textus Concordatorum.

Ad ſacram Petri ſedem divina diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro uni-

univerſalis Eccleſiæ ac unione ac pace & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ providentiæ ſollicitudinem libenter intendimus, & ad fœlicem eorum proſecutionem, & conſumationem, opem, & operam impédimus efficaces. Nuper ſiquidem Chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alii dilecti filij Eccleſiaſtici, & ſeculares Principes inclytæ nationis Germanicæ ex una, ac dilectus filius noſter Joannes Sancti Angeli diaconus, Cardinalis in partibus Apoſtolicæ ſedis de latere legatus, per nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à nobis & Sede Apoſtolica, authoritate ſuffultus, ex alia partibus, Romanæ Eccleſiæ, & dictæ Nationis nominibus, pro ipſius Eccleſiæ unione, pace, & tranquillitate, inter Eccleſiam, & nationem prædictam, perpetuo ſolidandis & conſervantis, diverſa rationabilia, & utilia, ordinationes, & ſtatuta à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata, & Concordata fecerunt, ut illis pro firmiori eorum ſubſtantia, robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, nec non Authoritatem potiorem, & decretum apponere dignaremur. Nos itaq; qui ſtatuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, magnorũ maturitatis, authoritatis & litteraturæ viros diligenter examinari, & diſcuti fecimus; eaque rationabilia, & ſalubria tam Eccleſiæ, quàm Nationi prȩfatȩ fore comperimus, de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu Apoſtolica authoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, juxta modum & formã ſubſequentes. Placet nobis ſuper proviſione Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorũ quorũcumq; uti juris ſcripti reſervatione, & Execrabilis, & ad Regimen conſtitutionũ modificatis, ut ſequitur. Ad Regimē Eccleſiæ generalis quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati gerimus in noſtris deſideriis, ut debemus quod per noſtrȩ diligentiȩ ſtudiũ ad quarũlibet Eccleſiarum, & monaſteriorum regimina, ac alia beneficia Eccleſiaſtica juxta divinum beneplacitum & noſtræ intentionis affectum viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prælibatis: præmiſſum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis nonnullorum Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias; & etiam monaſteria, Prioratus Dignitates, Perſonatus, & officia, nec non Canonicatus, præbendas, & Eccleſias, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia, & regularia, quæcumque, & qualiacumque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam quocunq; modo vacantia, & in poſterũ

vacatura, nec non per depoſitionem vel privationem, ſeu trãslationẽ per nos
ſeu authoritate noſtra factas, & in antea faciendas ubilibet: Nec non ad quæ
aliqui in concordia vel diſcordia electi, ſeu poſtulati fuerint, quorum ele-
lectio caſſatu, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa
noſtra authoritate extiterit, ſeu quorum electorum vel poſtulatorum, &
inantea eligendorum, vel poſtulandorum, electionem caſſari, ſeu poſtulatio-
nem repelli, aut renunciationem admitti per nos, aut authoritate noſtra
continget apud Sedem prædictam, vel alibi ubicumque, & etiam per obi-
tum Cardinalium ejuſdem Eccleſiæ Romane, aut Officialium dictæ Sedis,
quamdiu ipſa officia actualiter retinebunt (videlicet vicecancellarij, Ca-
merarii ſeptem Notariorum, Auditoris litterarum contradictarum, & A-
poſtolici Palatii cauſſarum Auditorum, correctorum, centum & unius
ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariæ
præfatæ ſedis, & vigintiquinque Abbreviatorum, nec non verorum com-
menſalium noſtrorum & aliorum vigintiquatuor Cappellanorum ſedis e-
iuſdem in Epitaphio deſcriptorum) & etiam Legatorum ſeu Collectorum,
ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum,
ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum, aut mittendorum in poſterum
nunc vacantia, & inanteà vacatura ubicunque dictos legatos vel collecto-
res, ſeu Rectores, & Theſaurarios, antequam ad Romanam Curiam redive-
rint, ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis; nec non quorumli-
bet pro quibuſcunq; negotiis ad Rom. Curiam venientium, ſeu etiam rece-
dentium, ab eadem, ſi in locis à dicta Curia ultra duas diætas legales non
diſtantibus, iam forſan obierint, vel eos inantea ab hac luce tranſire conti-
gerit, & etiam ſimili modo quorumcumque Curialium peregrinationis, in-
firmitatis, ſeu recreationis, vel alia quacunque cauſa ad quævis loca ſece-
dentium ſi eos antequam ad dictam curiam redierint ultra duas diætas ab
eadem curia, ut præmittitur non remotis (dummodo eorum proprium
domicilium non exiſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos
continget de medio ſubmoveri, etiam nunc per obitum huiuſmodi vacan-
tia, vel in poſterum vacatura Rurſus monaſteria, Prioratus, dignitates, Per-
ſonatus, Decanatus, Adminiſtrationes, Officia, Canonicatus, Præbendas, &
Eccleſias, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, & Regularia, cum cura,
vel ſine cura, quæcumque & qualiacumque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ
conſueverint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemvis alium modum
aſſumi, quæ promoti per nos ſeu authoritate noſtra, ad Patriarchalium, Ar-
chiepiſcopalium, & Epiſcopalium Eccleſiarum, nec non monaſteriorum re-
gimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quo-
cunque modo vacantia, aut in poſterum vacatura: Nec non etiam per aſſecu-
tionem pacificam quorumcunque Prioratuum, Perſonatuum, Officiorum,
Cano-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Canonicatuum, Præbendarum, Eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, ſeu authoritate noſtrarum litterarum immediatè collatorum ſeu conferendorum in poſterum, præterquam ſi virtute gratiæ Expectative aſſecutio fiet, nunc vacantia, & inantea vacantia, plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta, Ordinationi & Proviſioni noſtræ de ipſorum fratrum conſilio, authoritate Apoſtolica reſervamus. Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis & eorum quolibet, per quoſcunque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Item placet nobis, quod in Metropolitanis & Catheralibus, etiam immediatè non ſubjectis Eccleſiis, & in Monaſteriis immediatè ſubjectis ſedi Apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam ſedem deferantur, quas etiam ad tempus fœlic. record. Nicolai Papæ III. quæ incipit cupientes, expectabimus, & elapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ minus Canonicæ fuerint, providebimus, & ſi Canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili & evidenti cauſſa, ac de dictorum fratrum conſilio de digniori & utiliori perſona duxerimus providendum, proviſo quod Confirmati prædicti, & per nos proviſi Metropolitanis ſuis, & alijs præſtent delita juramenta, & alia ad quæ de jure tenentur. Et in monaſterijs dictæ ſedi non immediatè ſubjectis, & alijs Regularibus beneficijs, ſuper quibus pro Confirmatione, vel proviſione, ad dictam Sedem non conſuevit haberi recurſus, electi ſeu illi quibus providendum eſt pro Confirmatione & proviſione hujuſmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur: Ipſaque regularia beneficia ſub Expectativis gratiis non cadant. Ubi autem pro monaſterijs ad dictam Curiam venire ſeu mittere conſueverint, non aliter confirmabimus, vel providebimus quàm ſuperius de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum. Et de monaſteriis monialium non diſponemus niſi ſint exempta, & tunc per Commiſſionem ad partes. De Cæteris verò dignitatibus, & beneficiis quibuſcunque Secularibus, & Regularibus vacaturis, ultra reſervationes prædictas (majoribus dignitatibus poſt pontificales in cathedralibus, & principalibus in collegiatis Eccleſiis, exceptis, de quibus jure ordinario providetur per illos inferiores, & ad quos aliàs pertinet) Placet etiã nobis quod per quamcumq; aliam reſervationem, gratiam Expectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per nos, vel authoritate noſtra factam, vel faciendam, non impediemus nos quo minus de illis, cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Junij, Auguſti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinebat, reſervatione aliavè quavis diſpoſitione authoritate noſtra tactis vel faciendis, non obſtantibus quibuſcunq;: Quotiens verò aliquo vacante beneficio, in Januarij, Martij,

Maji, Julij, Semptembris & Novembris menſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate proviſum fuerit, ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit. Et ad finem ut hæc Ordinatio collationum beneficiorum, non reſervatorum, per alternos menſes poſſit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint tempus congruũ habeant eam acceptandi, tunc quo ad dictam ſedem à Kalendis Junij proximè futuris ipſa currere incipiet, & durabit deinceps, niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum. Placet ſimiliter nobis, quòd circa proviſionem dictæ ſedis ordinandam modus annatarum hoc modo currat. De Eccleſiis Cathedralibus omnibus, & monaſteriis virorum dumtaxat vacantibus, & vacaturis ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſummæ pecuniarum in libris Cameræ Apoſt. taxatæ, quæ communia ſervitia nuncupantur: Et ſi quæ exceſſivè taxatæ ſint, retaxentur, & quod provideatur in gravatis regionibus, ſecundum qualitatem rerum temporum, & regionum ne nimium prægraventur: ad quod petentibus dabimus commiſſarios in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius, vel majoris partis, ſolvantur: & pro alia media parte infra annum ſequentem. Et ſi infra annum bis vel pluries vacaverint, ſemel tantum ſolvantur, nec debitum hujuſmodi in ſucceſſorem in Eccleſia, vel monaſterio tranſeat. De cæteris verò dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, & beneficiis ſecularibus, & reguliribus quibuſcumque; quæ authoritate dictæ ſedis conferentur, vel de quibus providebitur (præterquam vigore gratiarum Expectativarum, aut cauſſa permutationis) ſolvantur Annatæ ſeu medij fructus juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra annum, & debitum hujuſmodi ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat. Sed de beneficiis quæ valorem viginti quatuor florennorum auri de Camera non excedunt, nihil ſolvatur: Duretque hæc obſervantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de ipſius nationis conſenſu contingat immutari. In aliis autem, quæ per fœl. record. Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, pro dicta Natione uſque ad tempus futuri generalis concilij permiſſa, conceſſa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordiæ præſenti non obviant, iſta vice nihil volumus eſſe immutatum. Et per hoc quod in Concordatis hujuſmodi ſine quibuſvis aliis eorum occaſione conficiendis litteris propter compendioſorem deſcriptionem Alemania ſpecialiter appellatur, Natio ipſa cenſeri non debet à Germanica natione diſtincta

ſeu

G III 8

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeũ quomodolibet ſeparata. Et præterea, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apoſtolica authoritate decernimus, quod ipſarum tranſumpto Metropolitanarum dictæ nationis ſigillo munito tanquam præſentibus, ſi exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur ac ſi dictæ præſentes litteræ forent exhibitæ vel oſtenſæ. Et inſuper quoque irritum, ac inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſervationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageteſimo octavo Decimo quarto Kalend. Aprilis. Pontific. noſtri anno ſecundo. Sumptum ex Regiſtro Bullarum Nicolai Papæ V. lib. 2. ſecretorum fol. 283. & collat. concordat.

Nunc ad propoſitam quæſtionem, an hiſce Concordatis S. Pontifex derogare poſſit? Decumani ſunt inter juris tum pontificij, tum civilis doctores controverſiarum fluctus, adeò ut Delio natatore in hac quæſtione opus videatur. Nihilominus ſub cenſura peritiorum paucis edicam meum ſenſum. Quod derogari non poſſit, dubitationem movet, primò quod quando conſtitutio tranſit in contractum revocari non poteſt in præjudicium eorum quibus jus ex ea quæſitum eſt, *Bart in l. qui, C. de Excuſ. nu lib 10. Rom. conſ. 2 incip. quæritur, col. 3.* quia nihil eſt quod ampliore luce præfulgeat, quam recta fides in Principe, *l. inter claras, C de Summa Trinit. qua re latius ſcripſi in libris politic. Aphoriſm.* Atqui Concordata habent vim pacti, & robur decreti irritantis, quod ligat etiam ipſum Papam ex multorum ſententia; inter quos Hieron Gonzalez *ad Reg. de Alternat.* §. 67. Gomeſ. *ad Reg Cancell.* Anaſt. Germon. *de Indult. Cardin.* Secundò, quia etiam Princeps contrahendo obligatur civiliter & naturaliter, *Reſtaurus tract. de Imp quæſt.* 114. id quod latius proſequitur Eraſmus à Chokier frater meus *in ſuo tract. de Iuriſd. ordin. in Exempt. part. 3. quæſt.* 1. maximè cum non ſubdito; *eleganter Iaſon conſ. 1. num. 1. vol. 1. ibi latè*, Nam in contractibus Princeps conſideratur ut privatus, qui à principio contrahere poteſt vel non, ſed jam initum obſervare tenetur ſicut & privatus, *text. in lib. ſicut, C. de obligat. & act.* Nam ſi eſſet in arbitrio Principis contractum factum infringere, nullus cum eo contra-

*Concordatis an derogari poteſt,*

tra-

trahere vellet, & commercio hominum careret contrahendo, quod eſſet abſurdum, ut qui eſt Princeps omnium, commercio omnium careret, & qui eſt omnium præſul, eſſet omnium exul, *Bald. in l. Princeps, ff. de legib. Rebuff. ad concordata in præfatione Rubr. de collatio. Card. Tuſchus pract. concluſ. tom. 5. concluſ, 690.* Tertiò, Contractus ſunt de jure gentium, cui non poteſt Princeps derogare, *ca. 1. de probat, & gloſ. in l. 2. C. de Precibus Imp. offer. l. Ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure,* & jura gentium ſunt immutabilia, §. *ſed naturalia. Inſtit. de Iure naturali gentium, & civili.* Concordata autem inter Nicolaum V. Pontificem Max. & Inclytam nationem Germanicam ſunt ejuſmodi, ergo Pontifex ijs derogare non poteſt, ut nec ejus ſucceſſor, quia ſucceſſor cenſetur una, & eadem perſona cum ſuo Prædeceſſore, *Authent. de jureiur à morien. præſt. col. 4. cap. 1. ibi Prædeceſſores tuos de Probat. pulchrè, & latè Iaſ. conſ. 1, vol. 1.* maximè propter clauſulam decreti irritantis, qua ſic ligantur manus Papæ, ut quidam exiſtimant, quod in contrarium per eum acta nihil valeant, *cap. quodam, & ibi Domin de Præbend. in 6. VVameſ conſ. 32. num. 12. & ſeqq. vol. 1.*

*Pontifex poteſt derogare Concordatis & quãdo*

His nihilominus non obſtantibus, reſolvendum eſt ſummum Pontificem poſſe ex juſta cauſa derogare Concordatis Nationis Germanicæ, ut alias multifariam, & nuper geminatis vicibus reſolvit Rota *in una Tungren. Canonicatus pro Domino Quirino Bilſtain, anno* 1612. & alias ſæpius, probatq; hanc ſententiam Dominus VVameſ. *conſ. 251. vol. 1.* Brand. *ad Concord. Germ. quæſt. 8.* alijque permulti. Non obſtant in contrarium adducta, ſcilicet Principem non poſſe revocare conſtitutionem à ſe factam, quæ abijt in contractum, quia hoc verum eſt ſine juſta cauſa, ut multis authoritatibus probat Gabrielius *tract. com. concluſ. concluſ. 6. nu. 5.* Quæ autem dicatur juſta cauſa, conſule Jaſonem *conſ. 1. num 6. vol. 1.* & ea quæ infra dicentur. Neq; etiam officit decretum irritans, quia non ligat Papam, cum non dicat *Per nos & ſucceſſores noſtros*, ut fuit reſolutum in una Meten. Leodien Canonicatus, coram Ill.mo Cardinale Lancellotto tunc Rotæ auditore. Secundo, quia quemadmodum Papa ligare ſibi manus non poteſt, *cap. fin. ibi gloſ de Reſcript. in 6. cap. innotuit, de Electio*, ita etiam nec Papa Papam ligare poteſt, *d cap. fin Navar. conſ. 2. nu. 9. Qui filij ſint legitimi.* Ac licet iſtud limitetur niſi conceſſum prædeceſſoris tranſiverit in vim pacti vel contractus, ut accidit in concordatis *Mohed. deciſ. 233.* quem citat Simonetta *tract de Reſervat. quæſt. 99. num. 26.* attamen ſucceſſoribus Pontificibus licuit ſemper ex juſta cauſſa illis derogare, ut puta ex juſta cauſſa præterita, vel ſupervenienti ab ipſo ignorata tempore factæ conceſſionis, *text. in l. hominem, ff. mandati, quem ad hoc multum ibi notandum monet Bard. & in l. Ambitioſa in pr. 4. col. ff. de decretis ab ordine fac. Iaſ. d. conſ. 1. num. 6. Tiraq. in repet. ſi unquam in Præfat. num. 166. cap. quinta vallis, ibi Dd. de Iureiur. Card. Tuſchus Pract. concluſ. 751. nu. 46. VVameſ conſ 300. num. 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

